**II. 7.** *(Mk. 8:3-9:49)* QUIDAM DE LONGE UENERUNT, significant gentes. UNUM PANEM SECUM IN NAUEM DETULERUNT, id est Christum. DESCENSIO CHRISTI DE MONTE, hoc est descensio eius de caelis. 'SCRIBAS CONQUIRENTES CUM DISCIPULIS': hic discipuli tenent figuram ordinis prophetarum uel patriarcharum. TURBAE inquirentes ab eis aduentum Christi, ostendit quod legem turbae a prophetis uel patriarchis conquirebant. SALUTABANT EUM, hoc salutem per humilitatem intellegit. HOMO QUI ATTULIT FILIUM SUUM tenet figuram ordinis prophetarum uel

---

*1183* eduxit] et duxit *C* digitos] *add.* suos *P* *1184* auriculas] auriculam *Z* auricula *FMR* aures] auris *O* *1185* expuens] expuaens *O* linguam] lingua *A* id] hoc *F* adaperuit] adapperuit *B* apperuit *MNP* os] hos *W* eius] suum *F* confessione] confessionem *ABDFKMNOPRZ* *1186* suspiciens] *corr. ex* suscipiens *P* susspiciens *W* suscipiens *D* sus--piens *A* caelum] celum *BF* referant] refferant *P* referunt *A* *1187* ingemuit] ingemmuit *C* ingemitum] ingemmitum *C* gemitum *B* ingemitu *L* est] *om. BFMNRZ* generis] generi *R* quae] que *ABDLMPRWZ* qui *N* *1188* inminebant] inminebat *ABCKLNZ* imminebat *DO* ut] *om. BN* ostenderet] ostenderit *ACDKOW* *1189* gemitu] gemmitu *C* supplicatione] *corr. ex* supplicationem *PW* supplicationem *BCN* supplicacionem *AR* dominum] domino *ACDKOPW* *1190* quidam] quadam *B* uenerunt] *add.* et *MN* significant gentes] *om. F* significant] significat *P* *1191* nauem] naue *ABCDFKKMOPRWZ* detulerunt] detullerunt *ADP* id] hoc *F* Christum] *add.* qui cum eo habuerunt omnia bona et ille erat eis panis uiuus *F* *1192* descensio[1]] discensio *ADFKLMNORWZ* est] *om. C* descensio eius] *om. R* descensio[2]] discensio *ADFKLNOWZ* caelis] celis *BK* scribas] seruias *BN* *1193* conquirentes] *corr. ex* conquerentes *W* conquerentes *AKMP* conquaerentes *O* conquirentis *F* cum] eum *DO* hic] hoc *C* tenent figuram] figuram tenent *R* ordinis] ordines *ADFKOPW* hordines *C* *1194* turbae] turbe *ABCKLMNOPW* inquirentes] inquerentes *K* inquaerentes *O* *1195* ostendit] ostendunt *Z* turbae] turbe *BLOP* a] ad *D* ac *FM* hac *R* et *C* *om. Z* prophetis] *corr. ex* prophetas *M* patriarchis] patriarchas *R* *1196* conquirebant] conquerebant *AN* *add.* et *C* hoc] hanc *KMPZ* per] pro *FN* humilitatem] humanitatem *R* intellegit *(editor's correction)*] intellegitur *ABDFKLMNORWZ* intelligitur *CP* *add.* De spumante filio *(marg.) L* *1197* attulit] adtulit *CDFKLMNORZ* adtullit *AW* adtullet

patriarcharum; filius eius totum genus humanum significat. Per SPUMAM superbia intellegitur; per STRIDOREM DENTIUM iracundiam significat; per ARESCERE auaritiam designat. DISCIPULI NON POTUERUNT CURARE: hic discipuli figuram tenent patriarcharum uel prophetarum, certe neque patriarchae neque prophetae potuerunt curare genus humanum, nisi ueniens Christus suo sanguine redemisset, ut ait propheta, *Frater non redemit, redimet homo.* Frater, id est Moyses, non redimere potuit per legem populum; redemit Christus, qui est deus et homo, a prima aetate generis humani. DIXIT PATER INFANTIS, CREDO, ADIUUA INCREDULITATEM MEAM: intellegis hoc dixit, Si deest fides, tu auge. MULTUM DISCERPENS EUM significat quia quando se uidit diabolus erasurum de terra in fine mundi. Tunc plus saeuit et datur illi potestas, ut faciat quantum uult praeter electos dei, siue de unoquoque homine cum se uidit per confessionem et paenitentiam expelli, tunc contra illum plus suscitat uitia et crudelissimas inpugnationes, et maxime saeuit. FACTUS UELUT MORTUUS: hic exemplum ostendit purgatum hominem, id

---

*P* tenet] tenit *B* figuram] ficuram *P* ordinis] ordines *ADFKOPW* hordines *C* uel] *om. BN* ***1198*** filius] filium *N* eius] ei *R* ***1199*** spumam] spuma *ABCDFKMNORW* intellegitur] intelligitur *CP* per stridorem dentium iracundiam significat] *om. K* stridorem] stritorem *O* stictorem *AP* dentium] dencium *M* iracundiam] iracundia *ADFMNOPRWZ* ***1200*** significat] significatur *P* arescere] ariscere *N* auaritiam] auariciam *BR* auaritia *DKOW* auaricia *ACMP* designat] *corr. ex* significat *M* designatur *P* significat *FR* ***1201*** hic] his *B* uel] et *N* ***1202*** patriarchae] patriarche *ABCDFKLOPW* prophetae] prophete *ABDKLW* curare genus humanum] genus humanum saluare *L* ***1203*** suo sanguine] suum sanguinem *BFNR* redemisset] redimisset *M* redemit] redimet *BMR* redimit *O* redemet *W* ***1204*** redimet] redemet *Z* redemit *ACDFKMNORW* Moyses] moises *C* non redimere] non redemere *BCDKNOW* redimere non *FLM* redemere non *RZ* ***1205*** est] es *O* ***1206*** aetate] etate *A* aetatae *CM* aetatem *B* dixit] dicit *ACDKOW* deus ut *M* deus *FRZ* infantis] infantes *D* ***1207*** adiuua] adiuba *B* incredulitatem] ingredulitatem *F* intellegis] intelligis *B* intellegitur *ADKOW* intelligitur *C* si deest] si deesse *W* sid est *A* tu] tua *ABCDFKLMORZ* mea *W* ***1208*** quia quando ... erasurum de terra] *om. ACW* diabolus] diabulus *FLZ* ***1209*** fine] finem *ABCDKLMORWZ* saeuit] seuit *ACDFLMNORWZ* siuit *B* datur] datus *R* illi] illis *A* ***1210*** faciat] fatiat *C* faciatur *N* quantum] quantur *N* uult] *om. BN* praeter] preter *ABCFKLMNORWZ* electos] electis *ABCFKMNORWZ* dictis *D* unoquoque] unoquoquae *N* homine] hominem *N* ***1211*** uidit] uidet *BFN* paenitentiam] penitentiam *BLN* paenitenciam *M* paenitencia *R* potentiam *AC* potenciam *W* expelli] expellit *FR* illum] illos *L* ***1212*** uitia] uicia *BM* uitias *CFO* uicias *AKR* crudelissimas] crudelismas *W* inpugnationes] inpugnaciones *CM* inpuncnationes *B* maxime] maximae *K* saeuit] seuit *ACLMNRWZ* siuit *B* ***1213*** uelut] uelud *A*

est, per confessionem fidei et paenitentiam mortificat semetipsum, ut ait apostolus, *Mortificate membra uestra quae sunt super terram.* Hic uidetur duo miracula fecisse Iesum, a daemonio curauit et quasi mortuum suscitauit: suscitauit genus humanum de morte peccatorum et liberauit a daemonio seruitutis. Per MOLAM circuitus saeculi designatur; per ASINAM inmunditia peccatorum. MERGERE IN MARE, id est humiliare se in saeculo per paenitentiam, uel perire in proprio peccato, quia leuius est per se solum poenam sustinere quam ut alios a regno dei turbet. Per UERMES intellegit tardam uel seram paenitentiam, semper comedit illum, id est conscientia sua comedit illum in poenam. Quare? Hoc quia dum spatium habuit non emendauit. Per OCULUM conscientia cordis intellegitur. OMNIS ENIM IGNE SALIETUR: per ignem accensionem spiritus sancti intellegit. CONDIETUR, quod dicitur quia sicut omnis caro perit sine

---

***1214*** fidei] fidaei *Z* paenitentiam] poenitentiam *CW* penitencia *M* penitentiam *LZ* penitentiae *N* penitentie *B* penitentia *FR* potentiam *A* semetipsum] semedipsum *C* seipsum *R* ***1215*** membra] menbra *AM* uestra] *om. L* quae] que *ABFLMNW* ***1216*** uidetur] uiditur *D* duo] dua *F* fecisse] *corr. ex* fecisset *L* fecisset *BFNR* Iesum] iesus *BCFNRZ add.* hominem *C* daemonio] demonio *ABCLMNZ* quasi] quia *R* ***1217*** suscitauit[1]] *add.* sic *FMRZ* ***1218*** daemonio] demonio *ABCLMN* seruitutis] *add.* De mola *(marg.) L* molam] mola *FR* saeculi] seculi *ABCLMNORW* designatur] designat *F* ***1219*** asinam] asina *FMR* inmunditia] inmundicia *M* inmunditiam *NZ* inmundiciam *B* emunditia *FKO* emundicia *AD* aemunditia *C* emunditio *R* munditia *(corr. ex* emunditia*)L* ***1220*** saeculo] seculo *ABCLMNORW* saeculum *F* paenitentiam] poenitentiam *CW* penitentiam *ABFLZ* penitenciam *M* proprio peccato] properio peccato *A* proprium peccatum *BFNRZ* leuius] melius *ACDFKLMORWZ* ***1221*** per se] per saeculum *Z* per seculum *M* per saeculo *F* per seculo *LR* in saeculo se *DK* in seculo se *ACOW* solum] solam *FMRZ* poenam] paenam *MZ* penam *BN* poena *AL* ut alios] ut alius *FR* utilius *L* dei turbet] deturbet *ADKO* deturpet *C* deturbaet *W* ***1222*** uermes] uermis *F* uerbum *R* intellegit] intellegitur *ADFKLMORWZ* intelligitur *C* tardam] tarda *(corr. ex* tardam*)L* paenitentiam] poenitentiam *ACKW* penitentiam *BN* penitentia *(corr. ex* penitentiam*)L* comedit] commedit *LMNZ* comedunt *K* commedunt *CDOW* comedent *A* ***1223*** id] hoc *F* conscientia sua] conscientiam suam *BFN* comedit] commedit *CDMLN* commedunt *W* poena] paena *M* pena *BLN* poenam *ACDKOW* paenam *F add.* in poena *(marg.) L* ***1224*** spatium] spacium *ABDMRZ* emendauit] emmendauit *C* oculum] occulum *C* conscientia] conscienciam *MR* conscientiam *AFZ* ***1225*** intellegitur] intelligitur *C* omnis] *corr. ex* omnes *W* omnes *ACKMNORZ* omne *BN* igne] igni *ACDKOW* ignis *Z* salietur] *corr. ex* sallietur *L* sallietur *AW* sallientur *C* saluetur *FR* alietur *Z* accensionem] ascensionem *ABCDFKMNORWZ* spiritus] spiritu *C* ***1226*** sancti] sanctus *M* intellegit] intellegitur *ADFKLMNORWZ* intelligitur *C* condietur] *om. N* dicitur] dicit *R* sicut] *om. ACDFKLMORWZ* omnis] omnes *BLMO* omne *R* caro perit] cor perit *AKO* cor periit *C* cor aperit *R* cor operit *F* corriperit *D* corpus perit *(corr. ex* corde operit*)L*

sale, ita et omnis homo sine scientia uerbi dei. Fatui **HABETE SALEM IN UOBIS**, id est, habete sapientiam dei in uobis.

**II. 8.** *Quaecumque petieritis credentes in orationem fiet uobis.* Quomodo sic dum sanctus Paulus dicit, *Ter rogaui dominum per stimulum, et non recessit a me*; diabolus petiit temptare Iob, et permisit ei ut temptaret. Paulus non est exauditus, ut per ipsum stimulum coronaretur; diabolus exauditus est similiter, ut per eius temptationes Iob coronaretur. Proinde ait apostolus, *Nescimus quid oremus nisi spiritus sanctus, qui interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Monstra dicuntur a monstrando, quod aliquid significando monstrent; ostenta ab ostendendo dicta per ostendendum; prodigia quod porro dicant, id est futura praedicant.

---

*1227* omnis] omnes *BM* scientia] sciencia *CM* uerbi] *om. ACDFKLMORWZ* dei] *add.* fatui *D* fatui] fattui *C* fatuae *FN* fatue *BR* fatuus *Z* habete] abete *C* habetis *FLMRZ* salem] sale *BDKNO* sal *CFLMRZ* *1228* id] hoc *F* habete] habetis *LR* habere *AKW* sapientiam] sapientia *ABCDKNO* sapiencia *M* scientiam *Z* *1229* quaecumque] quecumque *ABLMNRWZ* petieritis] pecieritis *CM* credentes in oratione] in orationem credentes *C* oratione] horatione *N* orationem *DKOW* oracionem *A* *1230* sic] sicut *F* dicit] dicitur *M* rogaui] rogauit *CN* pro] per *ACDK om. W* *1231* stimulo] stimulum *ABCDFKNOW* a] ad *A* diabolus] diabulus *AFK* petiit] peciit *CMN* temptare] temptate *Z* *1232* permisit] permissit *O* ei] *corr. ex* eius *O* temptaret] temptaretur *L* per] *om. R* *1233* diabolus] diabulus *AF* est] *om. FM* similiter] *om. ACDFKOW* eius] ipsius *F* *1234* temptationes] temptaciones *AMO* coronaretur] coronetur *M* quid] quod *K* *1235* oremus] ore *F* spiritus] *om. D* sanctus] *om. ACFKLMORWZ* interpellat] interpellet *BN* gemitibus] gemmitibus *C* gemitus *K* *1236* inenarrabilibus] inennarrabilibus *CW* enarrabilibus *FR* ennarrabilibus *ADKO* inenarrabibus *B* dicuntur] *corr. ex* dicitur *L* dicitur *ABCDFKMNORW* a monstrando *(editor's correction)*] a demonstrando *(corr. ex* ad monstrando*)L* ad monstrando *ACDKMOWZ* ad monstrandum *BFNR* aliquid] *add.* ad *FMRZ* *1237* significando] significandum *ACDFKLMORWZ* monstrent *(editor's correction)*] monstret *BN* monstrat *ADFKLMORWZ* monstra *C* ostenta] obstenta *BO* obstensa *N* abstenta *C* ostenda *M* obstentat *ADK* ostendat *FL* ostendit *RZ* ab] *corr. ex* ad *L* ad *ABCDFKMNORWZ* ostendendo] *corr. ex* ostendenda *L* ostendenda *ACDFKORWZ* ostendaenda *M* dicta] dictum *L* *add.* est *ABCDFLMNORW* per] pro *R* ostendendum] ostendum *R* ostentum *(corr. ex* ostenda*)L* *add.* id est pro ostendendum *B* *1238* prodigia] prodigium *Z* porro dicant] prodicant *C* id est] *add.* ut *F* praedicant] predicant *ABCFMNRWZ* *add.* De passione *(marg.) L*

**II. 9.** *(Mk. 14:12-62)* PRIMO DIE AZIMORUM qui est ante sabbatum, id est dies Iouis; azima sinceritatis facta est ecclesia. Transitus tribus modis dicitur: id est, de mundo ad patrem, de Iudaeis ad gentes, et nos de infidelitatem ad fidem, de morte ad uitam. HOMO LAGUENAM AQUAE BAIULANS tenet figuram apostolorum, siue successorum ac baptizatorum, per quos baptismum efficitur. LAGUENA AQUAE significat baptismum trinitatis. DOMINUS DOMUS Christus est, domus ecclesia est. PASCHA MANDUCARE CUM DISCIPULIS, ostendit se passurum cum discipulis a Iudaeis; aliter, manducat in membris suis, quae est ecclesia. Per CENACULUM, altiorem uitam intellegit; per STRATUM MAGNUM, amplitudo ecclesiae ostenditur. Agnum immolatum in Aegypto ostendit Christum immolatum in nouo testamento: mysterium corporis et sanguinis, quod uetus sacrificium Iudaeorum recessit, hoc est sanguis hircorum et taurorum, nam nostrum sacrificium quod nouum dicitur, iam tempore

---

*1239* azimorum] azymorum *L* qui] quae *ACDKO* que *BNW* sabbatum] sabbato *M* *1240* dies] die *ABDFKMNOW* Iouis] ouis *F* azima] azimas *F* sinceritatis] sinceritas *BDFKLMNORZ* ecclesia] aecclesia *C* ecclesiae *KW* aecclesiae *AMZ* *1241* de$^{2}$] dae *O* Iudaeis] *corr. ex* iudaeos *W* iudeis *BLMN* iudaeos *CDKOR* iudeos *A* nos] non *CFO* *om. ADKLMRWZ* de infidelitate] de infidelitatem *W* deinde fidelitatem *D* *1242* fidem] *add.* sed *C* morte] mortem *CDZ* laguenam] lagoenam *FZ(corr. ex* laguene*)* laguoenam *(add.* aquenae*)L* languenam *W* laguena *CDKO* laguenae *N* lagoene *B* languena *A* aquae] aque *ABCKLMNRZ* *1243* baiulans] baiolans *ABDKLMOWZ* balolans *F* tenet] tenuit *F* figuram] figura *K* successorum] successorem *F* ac] hac *C* *om. BN* baptizatorum] babtizatorum *L* *1244* baptismum] babtismum *L* baptismata *Z* efficitur] effititur *A* efficiuntur *MR* effictiuntur *Z* laguena] languena *ACKLOW* logoena *B* laguenam *M* languenam *R* lagoenam *FZ* aquae] aque *BDFKLNORW* aqua *AC* baptismum] babtismum *L* *1245* Christus] christi *D* est$^{1}$] *om. BN* ecclesia] aecclesia *ACM* ecclesiae *N* est$^{2}$] *om. N* *1246* se] de *B* a] ad *AC* *1247* Iudaeis] iudeis *ABCLMN* membris] menbris *AM* quae] que *ABLMWZ* ecclesia] aecclesia *ACM* *1248* caenaculum] caenaculum *DFORW* altiorem] alciorem *MRW* altioram *Z* intellegit] intellegitur *ADFKLMORWZ* intelligitur *C* *1249* ecclesiae] aecclesiae *ACM* ecclesie *L* ecclesia *B* ostenditur] ostendit *BN* significatur *F* significat *Z* signatur *MR* immolatum] ymmolatum *C* immolatur *W* inmaculatum *BFLMNRZ* Aegypto] egypto *LZ* aegipto *A* egipto *C* aegyptum *BN* *1250* immolatum] inmolatum *BKLMW* ymmolatum *C* nouo testamento] nouum testamentum *B* nouo testamentum *(corr. ex* testamento*)N* mysterium] misterium *BCLMNRW* corporis] *corr. ex* corpus *L* corpus *ACDFKMPR* sanguinis] sanguis *F* *add.* per *L* *1251* sacrificium] sacrifitium *CFZ* Iudaeorum] iudeorum *BLMN* est] *add.* nouum *K* *om. M* sanguis] sanguiis *(corr. ex* sanguinis*) L* sanguinis *ABCDKMOWZ* hircorum] hyrcorum *ACKMN* hyrchorum *R* hercorum *O* *1252* taurorum] thaurorum *B* sacrificium] sacrifitium *AZ* nouum] nostrum *R* tempore] tempus *C*

Melchisedech oblatum est, reuertente Abraham de caede. Pro quid SINGILLATIM INTERROGABAT? Ostendit ut nullus confidat in conscientiam suam. ADULESCENS RELICTO SINDONE FUGIT NUDUS AB EIS: significat relictam malitiam Iudaeorum; 'nudus fugit' significat quod apostoli, nudi a superstitionibus Iudaeorum uel adinuentionibus illorum, abierunt ad gentes. CALEFACIEBAT SE PETRUS AD IGNEM, significat tepiditatem apostolorum, uel negationem suam, atque infidelitatem Iudaeorum. ET UIDEBITIS FILIUM HOMINIS SEDENTEM A DEXTRIS UIRTUTIS: hic totum pro parte ponitur, quia uidit illum Stephanus, uidit illum et Saulus in uia quando prostratus est; Uiderunt illum, et alii sancti plures.

**II. 10.** *(Mk. 15:1-16:4)* PILATUS interpretatur os malleatoris; qui format non formatur, sic et persecutores formant animas iustorum ad regnum caelorum, sed ipsi informes a gratia dei remanent. SPINEAM CORONAM in se suscepit dominus noster, ut spinas peccatorum nostrorum ablueret, unde dictum est Adae, *Spinas et tribulos germinabit*

---

*1253* Melchisedech] melchysedech *R* melchisedehc *F* melchisedhaec *DO* reuertente] reuertentem *ADFKOW* Abraham] habraham *M* abraam *A* de caede *(editor's correction)*] de cede *CFLRWZ* de cetae *ADK* de cete *O* de cethe *N* de cetthe *B* de xethe (ecclesia *del.*)*M* *1254* singillatim] singulatim *FM* interrogabat] interrogabant *BN* conscientiam] consciam *B* *1255* adulescens] aduliscens *ABDKLOWZ* adolescens *C* relicto] recto *Z* eis] *add.* quod erat iohannes *F* significat relictam ... nudus fugit] *om. BN* *1256* relictam *(editor's correction)*] relicta *ABDFKLMNORW* recta *Z om. C* malitiam *(editor's correction)*] malitia *BCDFKLNOWZ* malicia *AMR* Iudaeorum] iudeorum *ALMZ* a] ad *A* *1257* superstitionibus] supersticionibus *MR* superstutionibus *A* superstitionis *N* superstionibus *(corr. ex* superstionibis*) L* suprestionibus *B* supstitionibus *Z* Iudaeorum] iudeorum *ABLMNZ* uel] *add.* in *N* adinuentionibus] adinuencionibus *M* illorum] eorum *CF* abierunt] habierunt *AD* *1258* calefaciebat] calefatiebat *W* califaciebat *A* calefaciebant *N* calefiebat *FRZ* ignem] igne *F* *1259* negationem] negacionem *AM* negotiationem *KO* atque] adque *L* Iudaeorum] iudeorum *BLMN* *1260* filium] ---ium *(folio damaged) B* sedentem] uenientem *M* a] ad *ABCDFKLNORW* uirtutis] *add.* dei *R* totum] *add.* mundum *BN* pro] *om. B* *1261* parte] partem *B add.* parte *R* Stephanus] sthephanus *R* et] *om. F* in uia ... prostratus est] *om. BN* *1262* quando] qua *R om. F* illum] illi *(corr. ex* illi*) add.* uel *F* alii] illi *R* *1263* interpretatur] interpraetatur *DFO* os] post *B om. N* malleatoris] maleatoris *N* malliatoris *DKOZ(corr. ex* malliatore*)W* maliatoris *AC* miliatoris *R* miliatores *F* *1264* format] forma *A* formatur] formator *N* persecutores] persequutores *OW* animas] aenimas *C* *1265* caelorum] celorum *BN* ipsi] ipsum *F* a] ad *ACF om. Z* gratia] gracia *MRW* remanent] remmanent *C* semanent *BN* *1266* in se] ipse *D* *1267* Adae] ade *N* ad *F om. ACDKLMORWZ*

*tibi.* TERTIA HORA dicit quod CRUCIFIXISSENT IESUM, hoc est, eadem hora iudicauerunt ut crucifigeretur, nam in SEXTA HORA Christus eleuatus est in cruce. Pro quid dixit, DEUS MEUS, DEUS MEUS, UT QUID ME DERELIQUISTI? Ostendit hoc dixisset pro parte carnis, nam secundum diuinitatem non reliquit, quia unitas est potestatis. Reliquit carnem filii ad horam in passione, ut per proprium filium nos adoptatos filios plurimos haberet. Sicut SPONGIA CAUERNAS PLENAS HABEBAT ACETO, ita et Iudaei pleni erant superstitionibus et aceruas doctrinas in se habentes. IOSEPH AB ARIMATHIA tenet figuram primitiuae ecclesiae ex gentibus. MERCATUS EST SINDONEM: per pretium sindonis intellegit confessionem fidei; per sindonem, mortificationem ecclesiae siue gratiam baptizatorum. INUOLUTUM CORPUS IESU SINDONE NOUO: hoc est, circumdato Iesu fide ecclesiae et renouatione regenerationis. Per monumentum et sindonem

---

germinabit] *corr. ex* germinentur *L* geminauit *W* germinentur *ABCDFKNORZ* germinent *M* *1268* tertia] tercia *ABCMWZ* hora[1]] ora *AORW* *om. B* crucifixissent] crucefixissent *A* est] *om. C* hora[2]] ora *ABW* *1269* crucifigeretur] crucifieretur *Z* crucifigerentur *BN* in] a *B* *om. FN* hora] ora *B* eleuatus] leuatus *DKO* *1270* cruce] crucae *A* crucem *DFLOZ* quid] quit *M* dixit] dicit *L* meus[1]] *om. R* deus meus[2]] *om. D* ut quid] ut qui *A* quare *R* me dereliquisti] dereliquisti me *FK* *1271* hoc] *add.* quid *D* dixisset] dixisse *FLMZ* parte] partem *BFNR* secundum] sicundum *M* *1272* reliquit[1]] reliquid *ABCDKLMORWZ* relinquid *N* unitas] unitus *N* unius *R* postestatis] potestati *BN* reliquit[2] *(editor's correction)*] reliquid *ABCDKLMORWZ* relinquit *F* relinquid *N* filii ad horam] filii ad hora *BN* filii ad eorum *C* fili ad eorum *ADKO* filius iudaeorum *W* filiorum *FMRZ* *1273* passione] passionem *ABCDKLO* passiones *N* per] *om. DFKMOWRZ* proprium filium] perprium filium *K* proprios filios *W* *add.* suum *M* adoptatos] adobtatos *B* adobtatus *(corr. ex* adobtatos*)N* adoptiuos *DKO* adobtiuos *ACW* plurimos] *om. ACDKOW* haberet] *add.* De spongia *CKW* De spongea *DO* De spungia *A* *1274* spongia] spongea *D* spungia *BL* spungias *N* plenas habebat] habebat plenas *C* plenus habebat *N* plenas habet *FR* aceto] aeceto *C* acaeto *FLM* ita] iuda *MRZ* Iudaei] iudei *ABCLMN* pleni] plena *Z* *1275* superstitionibus] supersticionibus *M* superstutionibus *A* suprestitionibus *N* suprecionibus *B* superinstitionibus *R* super institionibus *F* habentes] abentes *C* *1276* Arimathia] aramathia *OW* arimatia *LR* aramacia *A* tenet] tenit *BMN* uenit *R* tenuit *F* primitiuae] primitiue *BDKLNOW* primitiua *A* priuite *R* primitiae *F* primitius *A* ecclesiae] aecclesiae *ACM* ecclesie *R* ecclesia *B* eclesia *F* ex gentibus ... fidem ecclesiae] *om. A* mercatus] merchatus *R* *1277* sindonem] sindone *BFNR* pretium] praetium *NO* precium *ABCMRWZ* praecium *DK* intellegit] intellegitur *DLNOW* intelligitur *CK* confessionem] confessio *(corr. ex* confessionem*)L* fidei] fidaei *Z* *1278* mortificationem] mortificacionem *R* ecclesiae] aecclesiae *C* ecclesie *BL* gratiam] graciam *M* baptizatorum] babtizatorum *L* *1279* Iesu[1]] iesum *BCNR* sindone nouo] sindonem nouum *CDKLOW* circumdato Iesu] circumdatum iesum *ACDFKLMOWZ* circumdatum iesu *R* fide] fidem *CDFKLMORWZ* *1280* et[1]] in *N* renouatione]

intellegitur altare in quo corpus Christi ponitur; aliter, intellegitur ecclesia ex gentibus quae recepit Christum per fidem in cordibus suis, siue manducando corpus illius, et sumendo sanguinem eius. Et aliter, PETRA Christus est; MONUMENTUM SCISSUM IN PETRA, intellegitur ecclesia aedificata de latere Christi. 'ADUOLUTUM LAPIDEM AD OSTIUM MONUMENTI', ostendit absconsum Christum in lege et prophetis; 'REUOLUTUM LAPIDEM' ostendit aperta storia legis Christum reuelatum in nouo testamento.

**II. 11.** *(Mk. 16:6-18)* DICIT ANGELUS MULIERIBUS, IESUM QUAERITIS, NON EST HIC: ostendit non est apud Iudaeos, sed est apud gentes. ITE, DICITE DISCIPULIS EIUS ET PETRO: eo quod Petrum nominat ut non disperaretur pro negatione; et aliter, propter principatum apostolatum. MARIA ILLA, DE QUA EIECIT CHRISTUS SEPTEM DAEMONIA: intellegitur tota

---

renouationem *CDFKLMORW* renouacionem *A* regenerationis] regeneracionis *AM* generationis *Z* monumentum et] monumetum et *N om. M* ***1281*** intellegitur] intelligitur *C* intellegtur *L* corpus] cor<pus> *R* Christi] iesu *FR* intellegitur] intelligitur *C* intellegtur *L* intellegendum est *F* ***1282*** ecclesia] aecclesia *CR* quae] qui *ABCDFKMNOZ* que *W* recepit] recipit *BKN(corr. ex* recepit*)W* recepiet *L* recipiet *MRZ* per fidem] *om. L* per fidem in cordibus suis] in cordibus suis per fidem *F* ***1283*** manducando] *corr. ex* manducandum *L* manducandum *ACDFKMORWZ* sumendo] *corr. ex* sumentium *L* sumentium *ACDFKMORWZ* ***1284*** monumentum] monimenta *F* scissum] scisum *DR* excissum *BN* intellegitur] intelligitur *C* intellegtur *L* ecclesia] aecclesia *AC* eclesia *F* ecclesea *L* aecclesiam *Z* ***1285*** aedificata] edifcata *B* hedificata *A* aedificatam *Z* aduolutum] auolutum *CDFKLMOR* uolutum *(corr. ex* auolutum*)W* ad] ab *ACDFKLMNORW* ostium] hostium *B* ostio *ACFKMOW* hostio *DR(corr. ex* hostia*)L* ***1286*** monumenti] monument- *C* absconsum Christum] absconso christo *ACDFKLMORWZ* prophetis] prophaetis *R* ***1287*** lapidem] *om. Z* intellegitur] ostendit *ACDFKLMORWZ* aperta] aporta *D* apertam *L* storia] historia *CF* hystoria *OR* estoria *W* historia *D* ostoria *A* storiam *L* Christum reuelatum] christo reuelato *ACFKLMRWZ* christo reuoluto *DO* ***1288*** testamento] *add.* De pascha *(marg.) L* ***1289*** Iesum] *add.* quem *BN* quaeritis] queritis *ABCKLMNRWZ* ***1290*** est] esse *L* apud[1]] aput *A* Iudaeos] iudeos *ABCLN* sed] *om. ACDKOW* apud[2]] aput *CM* ***1291*** dicite] *om. W* Petrum] petro *ABCDFKNORW* nominat] *add.* id est *BN* ut non disperaretur pro negatione] pro negatione ut non disperaretur *LW* pro negationem ut non disperaretur *DKO* pro negacionem ut non disperaretur *A* pro negociaonem ut non disperaretur *C* per negationem ut non disperaretur *FRZ* per negacionem ut non disperaretur *M* ***1292*** principatum] *add.* et *D* apostolatum] apostolatus *ABCDFKMNOWZ* apostolorum *R* ***1293*** daemonia] demonia *ACLMOZ* demonias *BN* intellegitur] intelligitur *C* intellegit *F* tota uita] uita tota *F*

uita illius inquinata, quae per septem dies uoluitur. PRAEDICATE EUANGELIUM OMNI CREATURAE, id est, omni homini qui habet partem cum omni creatura: cum angelis intellegere uel discernere; cum iumentis uidere et sentire; cum arboribus uiuere, lignum uiuit ex uiriditate, et homo per iuuentutem; cum lapidibus esse, quia sunt lapides, sunt et homines credentes. SIGNA EOS HAEC SEQUENTUR, DAEMONIA EICIENT: siue spiritaliter siue corporaliter. LINGUIS NOUIS LOQUENTUR, siue diuersis linguis siue noua lingua, id est praedicatio sancti euangelii. SERPENTES TOLLENT, siue de ueneno serpentino, siue de doctrina hereticorum; ET SI MORTIFERUM BIBERINT, NON EOS NOCEBIT, aut doctrina hereticorum aut uenenum mortale. SUPER EGROTOS MANUS INPONENT, siue corporis, siue animae; BENE HABEBUNT, filiae Sion, id est plebs ecclesiae.

**II. 12.** (Greg., *Hom. 29 in Evang.*, c. 9) Quid est quod nato domino apparuerunt angeli, sed non legitur quod in albis uestibus apparuissent? De ascensione autem dicitur in actibus apostolorum, *Uidentibus illis eleuatus est et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur*

---

***1294*** inquinata] inquanata *BN* quae] que *ABLNRW* quia *C* septem] vii *BMZ* praedicate] predicate *ABCLMNRWZ* ***1295*** creaturae] creature *ABCDFL* creaeturae *M* creaeture *N* id est ... creatura] *om. F* homini] homine *LR om. AC* qui habet] quae abet *C* creatura] creature *ACW* ***1296*** discernere] *corr. ex* discere *C* discerne *N* ***1297*** uidere] uidete *N* sentire] sintire *K* lignum uiuit... per iuuentutem] *om. N* ex] *om. C* ***1298*** uiriditate] uiriditatem *F* per iuuentutem] ex iuuentute *C* per iuuentute *BR* quia] quod *ACW* quis *BN* qui *R* ***1299*** homines] *add.* non *W* credentes] *add.* De ascensa *(marg.) L* eos] *om. ABCDKLNOW* haec] hec *RW om. BN* sequentur] exsequentur *BN* ***1300*** daemonia] demonia *BCFLMNRZ* eicient] eiciunt *FNZ* exiciunt *B* siue corporaliter] siue carnaliter *FMRZ om. O* nouis loquentur] nouis *(corr. ex* nobis*)L* noui loquitur *D* loquentur nouis *FRZ* loquitur nouis *M* ***1301*** siue] *add.* de *A* linguis] liguis *W* noua lingua] noua ligua *W* nouam linguam *R* id est] *om. ABCDFKMNORWZ* praedicatio] predicatio *BCFLMNWZ* predicacio *AR* ***1302*** euangelii] euuangelii *BF* eungelii *M* tollent] tollunt *B* de[2]] *om. M* ***1303*** doctrina] doctrinam *R* et] *om. A* biberint] bibent *K* ***1304*** doctrina] doctrinam *K* hereticorum] heretichorum *A* mortale] mortalem *ABCDFKLMNORW* egrotos] aegrotos *C* egrotus *ADO* e egros *R* ***1305*** animae] anime *ABFLW* habebunt] abebunt *C* habuerunt *R* filiae] filie *BN* Sion] syon *KLM* ***1306*** plebs] pleps *FW* ecclesiae] aecclesiae *AC* ecclesie *B* ***1308*** apparuissent] aparuissent *F* ***1309*** ascensione] ascensionem *A* autem] *add.* eius *R* actibus] hactibus *C* ***1310*** eleuatus] aeleuatus *C* est] *om. Z* nubes] nubs *ABCFKLMNORW* nups *D* oculis] occulis *C*

*in caelum euntem illum, ecce steterunt duo uiri iuxta illos in uestibus albis.* In uestibus autem albis gaudium et solemnitas mentis ostenditur. Quid est ergo quod nato domino non albis uestibus apparuerunt angeli? Id est mysterium istud quia nascente domino uidebatur diuinitas humiliata, ascendente uero domino humilitas est exaltata. Alba enim uestire: exaltatio magis est quam humilitas. In adsumptione eius angelos in albis uestibus uidere debuerunt, quia qui in natiuitate sua apparuit deus humilis, in ascensionem ostensus est homo sublimis.

**II. 13.** (Greg., *Hom. 30 in Evang.*, c. 5) Sed quaerendum nobis est cur spiritus, patri et filio coaeternus, in igne apparuit; quare in igne simul et linguis; cur aliquando in columba, aliquando uero in igne monstratur; cur super unigenitum filium dei apparuit in columbae specie, et super discipulos in igne. Uides quia nec super filium in igne, nec super discipulos in columba, sed separatim; id est ut cognosceret Iohannes quia ipse sit deus

***1311*** caelum] celum *F* caelis *ACNOW* celis *BK* caelos *(corr. ex* caelis*)L* steterunt duo uiri] duo uiri steterunt *DR* iuxta illos] iuxta illum *ADKO* iusta illum *C om. L* uestibus albis] albis uestibus *LMZ* ***1312*** in uestibus autem albis] *om. A* autem] *om. BFN* solemnitas] *DFMNOZ* solempnitas *A* sollemnitas *BCK* ostenditur] ostendit *CL* ostendent *R* ***1313*** est] *om. Z* ergo] autem *L* ego *D* ***1314*** mysterium] misterium *ABCDLMNW* quia] quod *FLMRZ* qui *ACDO* nascente] nascendente *M* ***1315*** est] *om. K* est exaltata] est exalta *W* exaltata est *R* alba] albae *C* albe *DFLNO* albas *W* abe *AK* ***1316*** uestire] uestiri *BN* uestes *W(corr. ex* uestire*)L* exaltatio] exaltacio *AMN* exaltationi *(corr. ex* exaltatio*)L* est] congruunt *(corr. ex* est*)L* humilitas] humilitate *CDKOWZ* humilitatis *BN* humilitati *L* humilitatem *AR* adsumptione] adsumpcione *BM add.* autem *FMRZ* eius] *om. D* ***1317*** angelos] angeli *L* angelus *ACN* uidere] uideri *L* quia] *om. ACW* in natiuitate sua] in natiuitatem suam *ACDKO* inatiuitate sua *W* ***1318*** humilis] humiles *R* ascensione] acensionem *ADKO* sublimis] *add.* De linguis igneis *L* ***1319*** quaerendum] querendum *ABCFKLMNRWZ* nobis est] est nobis *W* cur] quur *BN* spiritus] christus *L* ***1320*** patri et] pariet *M* pertinet *L* coaeternus] coeternus *BKZ* quoaeternus *AOR* quoeternus *C(corr. ex* quoeternos*)N* igne] ignem *N* apparuit] aparuit *W* igne] igni *R* ignem *BN* simul] siue *ACDFKLMORWZ* et] *om. RW add.* in *FMRW* linguis] liguis *W* lignis *B* ***1321*** cur[1]] quur *BO* columba] columbam *BN* colube *K* coluba *Z* igne monstratur] ignem mostratur *N* cur[2]] quur *BNO* ***1322*** columbae] columbe *BCNO* columba *FKMRZ* specie] speciae *ADOWZ* speciem *BCN* species *FM* ***1323*** igne[1]] ignem *BCN* ignae *W* uides] uidens *C* nec] neque *A* ***1324*** ut] *om. N* cognosceret] cognoscerit *N* cognusceret *A* Iohannes] iohannis *BN* quia ipse sit homo] *om. BN* sit] esset *CDKOW* esse *A* deus et homo] homo et deus *MZ*

et homo, filius dei altissimi super quem spiritus corporaliter uelut columbae species adueniret; pro hoc super discipulos in ignis specie, ut sciant omnes quia deus incorporeus atque inuisibilis ignis est, qui continet omnia. Adtestante Paulo et dicente, *Deus noster quia ignis consumens est.* Deus enim ignis dicitur quia per hunc peccatorum rubigo consumitur. De hoc ueritas dicit, *Ignem ueni mittere super terram, quid uolo nisi ut ardeat.* Terrae enim uocata sunt corda terrena quae de terra creata sunt, et semper infimas cogitationes congerent, a malignis spiritibus conculcantur. Sed ignem dominus in terram misit cum afflatu sancti spiritus carnalium corda incendit, et ardet cum carnalibus uoluptatibus frigore, relinquit concupiscentias saeculi, et incenditur ad amorem dei. Bene ergo in igne apparuit spiritus, quia omni corde quod repletur, excutit frigorem et hoc in desiderio suae aeternitatis accendit. In igneis autem linguis monstratus est quia idem spiritus coaeternus est filio, et habet cognitionem maximam lingua cum uerbo. Uerbum quippe

---

*1325* uelut] uel ut *A* uelud *D* *1326* columbae] columbe *ABKN* columba *FRZ* adueniret] aduenerit *FMRZ* pro] per *C* in] *om. BFMNZ* ignis] igne *ACDFKORWZ* specie] spetie *L* speciae *ACDFMWZ* *1327* sciant] sciat *N* inuisibilis] inuisiblis *N* *1328* continet] contenet *B* contenit *N* adtestante] attestante *(corr. ex* adtestante*)L* adstante *R* paulo] populo *A* deus] dominus *BCDFKLNOWZ* noster] *om. M* *1329* rubigo] rubico *A* ruuigo *B* *1330* terram] *add.* et *L* quid] quod *R* *1331* terrae] terre *M* uocata] uocati *(corr. ex* uocata*)W* uocatae *ARZ* uocate *FLM* corda terrena quae de terra creata sunt] *om. ACDFKLMRWZ* quae *(editor's correction)*] qui *BN* sunt] *add.* corpore *O* *1332* semper *(editor's correction)*] per *ABCDFKLMNORWZ* infimas] infirmas *ABC* infirma *N* cogitationes] cogitaciones *BM* cogitacionis *A* congerent] coggerent *M* cogerent *Z* coggerint *B* congerint *N* *1333* sed] set *C* ignem] igne *R* terram] terra *ABMNOR* misit] *om. L* afflatu] afflatus *CLW* aflatus *ADKO* flatu *FMZ* flatum *R* *1334* sancti spiritus] spiritus sancti *FMRZ* incendit] intendit *O* *om. L* et] ut *A* ardet] ardeat *A* ardit *N* cum] *om. N* carnalibus] carnales *ACDFKMORWZ* carnalis *L(corr. ex* carnale*)B* *1335* uoluptatibus] uoluptates *ABDKOWZ* uoluptatis *LN* uoluntates *C* relinquit] relinquid *ABDFKLMNOR* relinquet *W* *add.* et *Z* concupiscentias] concupiscencias *B* concupiscentia *LN* concupiscencia *CMR* saeculi] seculi *ABLMNORW* *1336* ergo] enim *BN* autem *R* quia] qui *AC* omni] omne *ACDFKLMORWZ* corde] cor *Z* corda *D* cordem *O* *1337* repletur] replet *(corr. ex* repletur*)L* frigorem] frigore *ADFKLMORWZ* in] *om. N* suae] sue *LR* seu *B* siue *N* *add.* ad *F* aeternitatis] eternitatis *ABLM* de terrenitatis *R* accendit] accendat *M* ascendit *Z* *1338* igneis] igne *C* linguis] liguis *W* monstratus est .. maximam lingua] *om. L* monstratus] monstratur *N* idem] id est *BDLMORZ* coaeternus] coeternus *CLMN* quoaeternus *ADO* quoeternus *B* *1339* habet] chabet *A* cognitionem] cognicionem *A* cogitationem *N* cogitacionem *B* cogitaciones *LM* maximam] maximum *N* maxima *ACDKOR* maximas *LM* maxime *W* uerbo] uerbum *BN*

patris filius est; quia una est spiritus et uerbi substantia, item monstratur in lingua; uel certe quia per linguam procedit uerbum, in linguis apparuit spiritus quia sancto spiritu tangitur, dei uerbum, id est unigenitum filium confitetur et negare dei uerbum non ualet, quia iam sancti spiritus linguam habet. Uel certe in linguis igneis apparuit spiritus, quia omnes quos repleuerit ardentes pariter et loquentes facit. Linguas igneas doctores habent, quia cum deum amandum praedicant, corda audientium inflammant.

**II. 14.** (Greg., *Hom. 30 in Evang.*, c. 7) De isto spiritu scriptum est in Iob, *Spiritus eius ornauit caelos.* Ornamenta enim caelorum sunt uirtutes praedicantium. Quae uidelicet ornamenta Paulus enumerat dicens, *Alii datur per spiritum uerbum sapientiae, alii uerbum scientiae secundum eundem spiritum, alii fides in eodem spiritu, alii gratia sanitatum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii*

---

***1340*** quia] qui*(corr. ex* quia*)W* una] unum *ACDKO* unus *LZ om. W* substantia] substancia *M* gratia *CDKOW* gracia *A* item] isdem *DKO* hisdem *B* iste *FLMR* id est *ACW* hic *N* monstratur] demonstratur *N* mostratur *O* ***1341*** lingua] linguam *R* certe] certae *A* certa *N* per] pro *N* linguam] lingua *ABN* procedit] precedit *A* proceditur *F* uerbum] *om. R* in linguis ... negare dei uerbum] *om. A* ***1342*** sancto spiritu] spiritu sancto *RW* dei uerbum] uerbum dei *W* id est unigenitum filium confitetur et negare dei uerbum] *om. ACDFKLMORWZ* unigenitum] hunigenitum *N* ***1343*** non] *eras. W* quia] qui *B* iam] *om. ACDFKLMORWZ* sancti] *om. Z* sancti spiritus] spiritus sancti *O* spiritu sancti *D* ***1344*** habet] *om. A* certe] certa *R* omnes] omnis *ACD* ***1345*** quos] os *AC* repleuerit] repleuerat *M* ***1346*** habent] habeant *D* abent *C* habentes *F* quia] qui *ABCDFLMNOWZ* cum] *(dum Greg.)* deum] deo *ABCDFKLMNORW* amandum *(editor's correction)*] amando *ABCDFKLMNORWZ (amandum Greg.)* praedicant] predicant *ABCFLMNRWZ add.* et *ACDKOW* ***1347*** audientium] audiencium *MR* inflammant] inflamant *N* inflammaent *L* inluminant *ACDKOW* ***1349*** ornauit] ordinauit *B* ordauit *N* caelos] celos *B* caelus *R* ornamenta] ormenta *R* enim] *om. M* caelorum] celorum *BF* ***1350*** praedicantium] predicantium *ABCFLWZ* predicancium *MR* quae] que *ABCW* qui *N* uidelicet] uidet licet *N* Paulus] Pauli *C* enumerat] ennumerat *C* et numerat *N* innumerat *BFR* dicens] dicit *M* alii] *add.* quidem *ACDKOW* ***1351*** datur per spiritum] per spiritum datur *CDKOW* datur] *om. A* spiritum] spiritu *A* uerbum] uerbo *L* sermo *ACDKOW (sermo Greg.)* sapientiae] sapienciae *CM* alii uerbum scientiae] *om. L* alii] *add.* autem *ACDKOW* uerbum] sermo *ACDKLOW (sermo Greg.)* scientiae] scienciae *CM* scientia *A* secundum] in *Z* ***1352*** eundem] eandem *B* eodem *FRZ* spiritum] spiritu *FMRZ* alii] ailii *C (alteri Greg.)* fides] fidem *BFNR* eodem] eundem *A* gratia] gracia *AR* ***1353*** prophetia] prophecia *B*

*interpraetatio sermonum. Haec autem omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis prout uult.* Quot ergo sunt bona praedicantium, tot sunt ornamenta caelorum. Hinc scriptum est in psalmo, *Uerbo domini caeli firmati sunt.* Uerbum enim domini, filius est patris. Sed eosdem caelos, uidelicet sanctos apostolos, dicit et ut tota simul trinitas ostenditur operata est, repente de sancti spiritus diuinitate atque iungitur, *Spiritu oris eius omnis uirtus eorum.* Caelorum igitur uirtutes de spiritu sancto sublatae sunt, quia mundi huius potestatibus contraire non praesumerent, nisi eos sancti spiritus fortitudo solidasset.

**II. 15.** (Greg., *Hom. 29 in Evang.*, c. 7) Quid est quod Marcus ait, *Sedit a dextris dei;* et Stephanus dicit, *Uideo caelos apertos et filium hominis stantem a dextris dei.* Quid est quod Marcus sedentem uidit, Stephanus uero stantem? Quia sedere igitur iudicantis est; redemptor noster adsumptus

---

prophetiae *DLO* prophetatio *FRZ* prophetacio *M* discretio] discrecio *CMR* discriptio *A* spirituum] spiritum *L* spiritus *BMNRZ* ***1354*** interpretatio] interpretacio *AMR* interpraetatio *W* haec] hec *NW* autem] *om. L* operatur] operantur *BN* ***1355*** diuidens] uidens *A* quot] quod *ABCDFKNOR* ***1356*** praedicantium] predicantium *ABCFKLNWZ* predicancium *MR* tot] toth *BN* thot *A* caelorum] celorum *B* hinc] *(add.* rursus *Greg.)* est] *om. R* in psalmo] *(om. Greg.)* ***1357*** uerbo] uerbum *C* domini] dei *R* caeli] celi *B* uerbum] uerbo *FMZ* enim] *om. ACDFKLMNORWZ* ***1358*** eosdem] eos de *N* caelos] celos *B* uidelicet] uidet licet *N* sanctos apostolos] sanctus apostolus *ACDFO* sanctus paulus *K* spiritus apostolus *Z* dicit et] *(om. Greg.)* ut] sit *A* ut tota] uitia *F om. R* tota] ita *LMZ* ***1359*** simul] *(add.* sancta *Greg.)* simul trinitas] trinitas simul *ACDKOW* ostenditur] ostendatur *N (*ostendatur *Greg.)* est] *(om. Greg.)* repente] replete *B* sancti] sanctis *M* sancto *FLR* spiritus] spiritu *FLRZ* diuinitate] diuinitatem *BFLMNRZ* ***1360*** atque iungitur] atque coniungitur *FMRZ* aque iungitur *N (*adiungitur et *Greg.)* spiritu] spiritus *N* omnis] omnes *BNR* caelorum] celorum *B* igitur] ignitas *Z* ignitus *R* ignis *F (*ergo *Greg.)* ***1361*** uirtutes] uirtutis *F om. N (*uirtus *Greg.)* sancto] *om. Greg.* sublatae sunt] sublate sunt *BCDFKLNORWZ* subleuate sunt *M (*sumpta est *Greg.)* mundi] mundus *N* ***1362*** contraire] contrairae *C* cuntraire *N* praesumerent] presummeret *M* presumerent *ACLW* presumeret *BFNRZ* spiritus] spiritu *N* solidasset] sollidasset *A* ***1363*** quid] qui *C* quod] *om. ACF* Marcus] marchus *C* sedit a] sed a *D* sedet ad *ABKNOW* sedit ad *FLR* sede ad *C (*sedet a *Greg.)* ***1364*** dicit] ait *L add.* de eo *D* uideo] uidaeo *O* caelos] celos *BF* apertos] appertos *C* a] ad *ABCDFKLNORW* ***1365*** quod] *(add.* hunc *Greg.)* Marcus] marchus *A* marcum *N add.* ait *F* uidit] *(om. Greg.)* Stephanus] stephanum *MNW* uero] uiro *A om. L* ***1366*** quia] qui *A* iudicantis est] *om. ABCDFKLMNORW* quia sedere igitur iudicantis est redemptor noster...] (quia sedere iudicantis est, stare uero pugnantis uel adiuuantis. Quia ergo Redemptor noster ... *Greg.)* redemptor] redemptorem *Z* noster] *om. Z*

in caelum, et nunc omnia iudicat, et ad extremum iudex omnium uenit. Hunc post adsumptionem Marcus sedere describit, quia post adsumptionis suae gloriam iudex in fine uidebitur. Stephanus uero in labore certaminis positus stantem uidit, quem adiutorem habuit, quia ut iste in terra persecutorum infidelitatem uinceret, pro illo de caelo illius gratia pugnauit.

**II. 16.** (Greg., *Hom. in Ez. II 9*, c. 10) Uidit *dominus cuius ignis est in Sion et caminus est in Hierusalem.* Plus est autem caminus esse quam ignem, quia ignem esse et paruus potest, uastior flamma succendi. Sion uero speculatio, Hierusalem autem uisio pacis dicitur. Pacem uero nostram hic interim speculamur, ut illic postmodum plene uideamus. Ex amore ergo domini in Sion ignis est, in Hierusalem caminus quia hic amoris eius flamma est aliquatenus, ubi de illo aliquid contemplamur, sed ibi

---

***1367*** caelum] celum *B* caelo *FLMR* extremum iudex omnium] extremum omnium iudex *FLRZ* extremus omnium iudex *M* extremum] extrem *A* iudex] iudet *B* ***1368*** post[1]] propter *R* adsumptionem] adsumpcionem *M* asumpcionem *C* sedere] sodere *C* describit] discribit *ADMOW* descriuit *B* discreuit *FLRZ* post[2]] propter *R* ***1369*** adsumptionis] asumtionis *B* adsumptiones *DO* asumptiones *C* adsumptionem *R* suae] sue *BR* gloriam] *corr. ex* gloriae *LW* gloriae *ACDFKNORZ* iudex] *om. FMRZ* fine] finem *ABCDFKLMORW* uidebitur] uidetur *ACDFKLMORWZ* ***1370*** labore] laborae *Z* positus] positis *AC om. N* stantem] stanteri *D* quem] que *B* quaem *K* adiutorem] adiutorium *N* habuit] abuit *C* ***1371*** iste] ista *C* isdem *Z* terra] terram *BFN* persecutorum] persequutorum *DOW* persecutorem *FK* persequutor *B* persequitorum *A* infidelitatem] in fidelitatem *B* infidelitate *AC* uinceret] uincere *C* de] dae *W* caelo] celo *B* ***1372*** gratia] gracia *A* ***1373*** uidit] uidet *ADKOW* (uiuit *Greg.*) dominus] iesus *ACDKO* iesum *W* ignis] *om. A* Sion] syon *LM* ***1374*** est] eius *ACDKOW* (eius *Greg.*) *om. BNR* Hierusalem] hyerusalem *DMO* iherusalem *C* est] *om. R* quam] qua *R* ignem] ignis *ACDFKMORWZ* ***1375*** ignem esse] igne me esse *N* (esse ignis *Greg.*) et] *om. R* paruus] paruos *ADORZ* potest] post *A* (*add.* in camino autem *Greg.*) uastior] uascior *AN* fascior (*corr. ex* facilior)*L* uastiorum *M* flamma] flammas *ACDFKLMORZ*(*corr. ex* flamma)*W* succendi] *corr. ex* succendit *A* succendit *R* (succenditur *Greg.*) Sion] syon *L* uero] *om. FMRZ* ***1376*** speculatio] speculacio *AM* Hierusalem] hyerusalem *DMO* iherusalem *C* autem] *om. F* uisio] uisu *C* uiso *A* pacis] pax *R* nostram] nostra *BDNOR* ***1377*** hic] *ACDFKLMORZ* interim] interimque *R* illic] illuc *A* illa *M* plene uideamus] uideamur plene plene] pleni *A* uideamus] uideamur *ABDFKLMORWZ* ***1378*** in] *om. ACDFKLMORWZ* Sion] syon *L* in] *om. L* Hierusalem] hyerusalem *DM* iherusalem *C* israel *O* quia] que *D* ***1379*** flamma] flammis *ABCDFKNOWZ* flamis *R* flamma est aliquatenus] aliquatenus flammis est *BN* (flammis aliquatenus ardemus *Greg.*) aliquatenus] alii quatenus *M* aliquatinus

plene ardebimus ubi plene uidemus quod amamus.

**II. 17.** (Greg., *Moral.* XXXIII 10. c. 19) *Desoluit dominus linguam maris Aegypti.* Lingua quippe maris scientia doctrinae saecularis est. Bene autem mare Aegyptum dicitur, qui peccati obscuritate fuscabitur. Linguam ergo maris Aegypti dominus dissoluit, quia huius mundi falsam sapientiam per carnem se ostendendo destruxit.

**II. 18.** (Greg., *Hom. 30 in Evang.*, c. 2) *Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis non est meus, sed eius qui misit me patris.* Scitis, fratres carissimi, quia ipse qui loquitur unigenitus filius uerbum patris est, et ideo sermo quem loquitur non est filii, sed patris. *Haec locutus sum uobis apud uos manens.* Quando non manet apud eos, qui ascensurus caelum promittit dicens, *Ecce ego uobiscum sum omnibus*

---

K sed] set W **1380** plene] plane CF ardebimus] ardebimur D ardeuimus B ubi] (*add.* illum *Greg.*) plene] plane F uidemus] uideamus FRZ uidebimus W quod] (quem *Greg.*) amamus] amemus BN **1381** desoluit] dissoluit ADFKLMORWZ dissoluet C (desolabit *Greg.*) dominus] *add.* in R linguam] lingua DFKO ligna A **1382** Aegypti] egypti BMZ aegipti A aegiptii C lingua quippe maris] *om.* ACDFKLMNORWZ (lingua quippe maris est *Greg.*) scientia] sciencia C scientiae BNRZ scienciae M doctrinae saecularis] secularis doctrine BN doctrinae] doctrine FM doctrina DL saecularis] secularis ACKLMRWZ est] *om.* N (*om. Greg.*) **1383** autem] *om.* R mare] amare R Aegyptum] egyptum B aegyptus (*corr. ex* aegypto)W aegypto ADFKOR egypto LZ aegipto C egypti M dicitur] dicit *add.* conparrabitur L qui] (quia *Greg.*) obscuritate] *corr. ex* obscuritatem L obscuritatem BMRZ(*corr. ex* obscoritatem)F os curitate A fuscabitur] fuscabatur W (fuscatur *Greg.*) **1384** linguam] lingua ADFKMORZ linguas N ergo] *corr. ex* egua A *om.* BN Aegypti] egypti BLM egipti Z aegiptii C dissoluit] *corr. ex* dissolat W dissolat ADKO dissoluat CFRZ mundi] modi A **1385** falsam] falsa ABCDFKMNOR sapientiam] sapienciam M sapientia ABDFKNOR sapiencia C se] *om.* BN ostendendo] *corr. ex* ostendendum W ostendendum ACDFKLMOZ destruxit] distruxit DFKMOWZ **1386** diligit] diligitur A **1387** quem] quam CR quaem K meus] meum R me] *om.* B **1387** quem] quam CR quaem K meus] meum R me] *om.* B **1388** quia] qui K ipse] *add.* est L loquitur (*editor's correction*)] loquatur M legitur ABCDFKLNORWZ (loquitur *Greg.*) unigenitus] unitus A **1389** quem] quaem K quod BFLMRZ quid N loquitur] loquatur N (*add.* filius *Greg.*) patris] (*add.* quia ipse filius uerbum est patris *Greg.*) **1390** haec] hec N locutus] loquutus BDLO apud[1]] aput ACFL manens] manes W manet] manens ACDFKLMORWZ (maneret *Greg.*) apud[2]] aput C **1391** ascensurus] ascensurum ACDFKLORWZ *add.* in Z

*diebus usque ad consummationem saeculi?* Sed uerbum incarnatum manet et recedit: recedit corpore, manet diuinitate. Apud eos ergo tunc mansisse perhibet, quia qui inuisibili potestate semper praeerat, corporali iam uisione recedebat.

**II. 19.** (Greg., *Hom. 29 in Evang.* c. 5-6) In regnorum libro cognouimus quod Helias sit raptus in caelo. Sed aliud est caelum aereum, aliud aethereum. Caelum enim aereum terrae est proximum; unde aues caeli dicimus, quia eas uolitare in aere uidemus. In caelum autem aereum Helias subleuatus est, ut in secretam quandam terrae regionem repente duceretur, ubi in magna iam carnis et spiritus quiete uiueret, quousque in finem mundi redeat, et mortis debitum soluat. Ille enim mortem distulit non euasit. Redemptor autem noster quia non distulit, superauit, eam

---

caelum] celum *BF* ego] enim *ABDFKLMNORWZ* uobiscum sum] uobis cum sunt *L* *1392* consummationem] consumationem *OR* consumacionem *A* saeculi] seculi *ABCLMNORWZ* incarnatum] (*add.* et *Greg.*) *1393* et recedit] *om. C* recedit[2]] recedet *C* recaedit *A* *add.* in *F* manet] *add.* in *FR* diuinitate] *corr. ex* diuinitatem *W* diuinitatem *CM* apud eos] *om. F* apud] aput *ACL* ergo] *add.* si *R* *1394* mansisse] *corr. ex* mansisset *A* mansisset *CFR* *add.* se *AKOW* perhibet] perhibit *DKO* peribit *R* semper ibit *C* inuisibili] *corr. ex* inuisibilem *L* inuisibile *BN* inuisibilem *DFRZ* inuisibilis *M* postestate semper] potestatem semper *BFNRZ* (semper postestate *Greg.*) praeerat] preerat *ABCFKMNR* praeaerat *W* presens erat *L* preparat *Z* corporali] corporalia *ACDFKMOR* *1395* iam] *om. L* uisione] uisionem *M* recedebat] recaedebat *A* *1396* in] iam *R* regnorum libro] (ueteri testamento *Greg.*) cognouimus] cognoscimus *ACDFKMLRWZ* cognoscimur *O* *1397* Helias] helyas *M* elias *R* aelias *W* (elias *Greg.*) sit raptus] raptus esset *FMZ* raptus est *R* caelum] *corr. ex* caelo *L* celum *B* caelo *ACDFKMOW* aliud[1]] alium *ACDKNO* caelum] celum *BC* aereum] aerium *Z* hereum *DO* aliud[2]] alium *ABCDKLNORW* *1398* aethereum] ethereum *BNW* aetherium *MZ* hethereum *O* hethericum *D* aeterreum *C* aetye-----*R* caelum] celum *B* *add.* est *L* enim] *om. D* (quippe *Greg.*) aereum] ereum *BN* aaerium *Z* terrae] terre *M* terra *ABDFKNOR* caelum *C* proximum] proxima *ABCDFKNRWZ* caeli] celi *BF* *1399* quia] qui *K* eas] eos *Z* uolitare] uolitari *AC* aere] aerae *R* uidemus] uidimus *BNR* caelum] celum *BCF* autem] *om. L* (itaque *Greg.*) aereum] aerium *Z* ereum *B* aethereum *L* areum *O* *1400* Helias] helyas *M* elias *R* aelias *W* subleuatus] sublatus *BN* in] *om. AR* secretam] secetam *C* quandam] quadam *BFKNRZ* quia iam *M* (quamdam *Greg.*) terrae] terram *ABCDKOW*(*corr. ex* terrae)L terra *FNR* *1401* duceretur] ducaeretur *A* duceret *R* in] *om. DMRW* magna] magnam *BFMNR* spiritus] spiritu *ABCDFKLMNOZ* spiritum *R* quiete] quiaete *FW* quietae *Z* uiueret] *add.* et *F* quousque] quo usque *M* in] *om. ABCDKMNOR* (ad *Greg.*) *1402* finem] fine *ADKLO* debitum] dibitum *A* enim] *om. FMRZ* (etenim *Greg.*) distulit] distullit *ANW* *1403* euasit] eu---- *B*

feri peccata hominum sunt ∘ Claues regni caelorum est potestas ligandi duricia et inpenitens cor significat ∘ Soluendi paenitentiam et confessionem ostendit; Oportet filium hominis multa pati a senioribus et scribis hoc est sicut pertassimus nauta cognoscit futuram tranquilitatem siue tempestatem ∘ Ita christus sciebat tempus passionis suae ∘ Quod dixit petro uade post me ostendit ipsum crucifixum post se; Qui uult uenire post me abneget semetipsum tollat crucem suam et sequatur me ∘ id est contempnat uoluptatem carnis et concupiscencia saeculi: cruciet semetipsum per paenitenciam ∘ Sequatur christum id est faciat ipse Ieiunando ∘ et elemosinando ∘ quemadmodum ipse per crucem passus est ∘ Qui

amat animam suam perdet illam sepe anima in scripturis uita ista significat et uoluptate carnis id est qui diligit hunc mundum et concupiscensus eius animam suam perdet ∘ Et qui perdiderit animam suam aut penitendo aut pacien(-) do contempnens hunc mundum et gloriam eius hic animam saluam facit ∘ et in uitam aeternam inueniet eam ∘ id est sine fine uiuet ∘ Quid dabit homo commuta(-) cionem pro anima sua ∘ Ille commutacionem dat qui carnem suam cruciat et animam suam nutrit id est legendo uerbo dei audiendo ∘ ieiunando ∘ orando ∘ uigilando ∘ omnem mundi gloriam contempnando; Post dies sex adsumpsit iesus petrum et iacobum et iohannem ducit illos in montem et transfiguratus est ante eos ∘ id est post dies sex ∘ post sextam aetatem mundi ∘ Mons significat caelum ∘ Splen(-) duit facies eius sicut sol ∘ hoc significat quia sancti fulgebunt sicut sol in regno dei ∘ uestimenta eius alba sicut nix ∘ Omnem congregacionem filiorum ostendit aduna(-) tam cum christo in gloria ∘ Moyses et elyas ∘ lex et prophetae significat hoc est doctores qui hic populum a malo in bonum conuertunt illuc in gloria apparebunt cum christo ∘ Alio sensu christus cum discipulis significat nouum cum uetus ∘ Mons ipse uetus testamentum significat in quae totus nouus requiescebat ∘ Faciem eius resplenduit id est resplenduit nouum testamentum in uetere ∘ Qui ante parebat occultus quia qui prudenter legit christum et apostolos in ueterem legen inueniet ∘ Uestimenta candida legis littera inuenta in euangelio ∘ Nubs pluuialis ostendit predicaciones apostolorum qui fructum adfert per paenitenciam ∘ Petrus in stupore dixit ∘ Domine bonum est nos hic esse faciamus tria tabernacula ac si diceret ∘ hic consumamus tria tempora ∘ id est ante legem sub lege sub gracia ∘ Estimabat se in aeternitate mansurum ∘ Cum descendisset de monte hoc est de caelis in mundo; Homo genibus prouolutus rogabat eum significat ordinem prophe(-) tarum prosequacem aecclesiam ∘ Filius eius lunaticus id est populus gencium adorantes idola; Si habueritis fidem sicut granum sinapis ∘ id est incorrupta et calida ∘ Si dix(-) eritis monti huic transi ∘ et transiet ∘ Mons christus est transit de iudaeis ad gen(-) tes ∘ Et aliter mons diabolum significat transire in mare hoc est in gehenna Et aliter mare gentes significat; Uade ad mare hoc est ad gentes ∘ Mitte amum hoc est uerbum predicacionis ∘ Piscem qui primum ascenderit cornelium significat ex genti(-) bus ∘ In ore eius inuenies staterem id est confessionem fidei humanitatis et di(-) uinitatis ∘ Da eis pro me et pro te ∘ pro me fidem ∘ pro te excusacionem; Paruulis est

regnum non aetate sed mente ut ait apostolus ◦ Estote paruuli malicia; Qui scandalizauerit unum ex his id est sine iniuria corporale siue in

**133v**

aduersione fidei suspendatur mola id est cura siue circuitus saeculi ◦ In collo eius id est in labore saeculi huius ◦ Et demergatur in mare id est in saeculum ◦ Ne con(-) tempnatis unum ex his ◦ id est ne contra dicatis eorum innocęncia; Ouis una quae errauit significat humanum genus ◦ Pastor christus ◦ Nonaginta et nouem oues relictas in montibus significat nouem ordines angelorum ◦ Angelos ◦ archan(-) gelos ◦ sedes ◦ throni ◦ dominaciones ◦ uirtutes principatus ◦ potestates ◦ che(-) rubin ◦ et seraphin ◦ Qui cosistunt in montibus id est in caelis ◦ Cherubin in interpretatur plenitudo sciencia ◦ Seraphin ardentes uel incendentes ◦ Si duo consenserint id est caro et anima ◦ fiet;Ideo adsimilatum est regnum caelorum homini regi qui uoluit racionem ponere cum seruis suis ◦ Qui debuit decem talenta milia ipse est qui peccat in deum ◦ Qui debuit c denarios hic est qui peccat in fratrem suum ◦ Conserui qui narrauerunt domino suo angeli sunt; Homo peregre proficiscens ◦ christus de mundo ad patrem ◦ Uocauit seruos suos ◦ hoc est doctores ◦ Dedit illis bono sua ◦ id est doctrina euangelica ◦ Quinque talenta quinque sensus corporis sunt ◦ uisus ◦ auditus ◦ gustus ◦ odoratus ◦ et tactus ◦ Quas per malas egritudines solebat conuertere ad secularia conuertat ad aeternam ◦ sicut de uisu dictum est ◦ Auerte oculos meos ne uideant uanitatem ◦ De auditu ait ◦ Sepi aures tuas ne audias uerba plasphemiae ◦ De odoratu dicit ◦ bonus odor sumus deo in his qui pereunt et in his qui salui fiunt ◦ De gustu dictum est nolite maledicere sed magis benedicere ◦ De tactu dicitur qui furabatur iam non furetur ◦ sed magis laboret manibus unde tribuat indigenti ◦ Ideo fiunt decem talenta ◦ Duo talenta ◦ id est intellectus et operacio ◦ Qui habet haec et implet exemplum ◦ et uerbum docet hic geminat talentum ◦ Unum talentum ostendit intellectum ◦ Abscondit in terra id est qui intellegit sed male agit ◦ Post multum uero temporis ueniet dominus seruorum ◦ id est in finem mundi: Metit ubi non semi(-) nat id est fidem gencium ubi non fuit lex seminata ◦ Congregat ubi non spar(-) git id est in paradyso unde numquam spargit ◦ Dicit seruo malo ◦ Tollite ei talentum et date ei qui habet decem talenta ◦ hoc est auferet intellectum

31 illius et pro stulto indicabit eum ◦ Ipsi enim sibi sunt lex qui ostendunt
32 opus legis in cordibus suis ◦ Qui habet dabitur ei id est qui habet intellec(-)
33 tum cum opere dabitur ei uita aeterna ◦ Qui uera habet tantum fidem ◦ cari(-)
34 tatem et opera non habet et ipsa fides auferetur ab eo quia fides sine opera
35 mortua est; Cum autem esset iesus in bethania ◦ hoc est in domo obaedien(-)
36 ciae ◦ Domus pro mundo ponitur ◦ Simonis reprosi ◦ totum genus figurat
37 humanum ◦ Alabastrum significat corpus hominis ◦ Unguentum significat confessionem
38 fidei ◦ Caput christi deus ◦ Pauperes semper habebitis id est corporaliter ◦
39 Me non semper habebitis nam spiritaliter nobiscum est ◦ Duo genera pauperum
40 sunt ◦ est opibus pauper ◦ est ex fide et predicacione ◦ Tradicio domini pre(-)
41 figurata est antea in ioseph ◦ Ioseph traditus est a fratribus ◦ iesus a disci(-)
42 pulo quem et filium uocauit ◦ Ille uinctus ductus est in egypto ◦ Saluator
43 uinctus est ductus a iudaeis ◦ Ille uenditus uiginti argenteis ut satiaret

**134$^{r}$**

1 famem corporis ◦ Saluator uenditus xxx argenteis pro fame fidei ◦ Ioseph
2 missus est in puteo ◦ Saluator missus est in infernum ◦ Ioseph suos a famis exidus
3 liberandos uocat in egypto ◦ Saluator suos electos eruit de inferno ◦ Il(-)
4 le post carcerem uocatur egypcia lingua sumpto phanech quod est saluato-
5 et accepit regnum; Christus post resurrecionem ascendit ad caelos ◦ et regnat in ae(-)
6 ternum ◦ Percuciam pastorem id est christum ◦ Et dispergentur oues id sunt apostoli
7 precedam uos in galileam id est a gentes ◦ Ibi me uidebitis id est nominabor in
8 gentes qui notus tantum fui in iudea ◦ Unus ex his qui erant cum iesu abs(-)
9 cidit auriculam seruo principis sacerdotum significat amputandum auditum iudaeo<rum>
10 Et iterum restituta auricula significat reuerti ad fidem iudaeos in finem mundi ◦
11 Pro cantu galli ostendit respectionem spiritus sancti in corda peccatorum ◦ Corban dicent
12 haebrayeae ◦ Gazofilacum grecae ◦ Latine uero diuiciarum custodia ◦ Exueru<nt>
13 christum ostendit expoliatum eum a fide iudaeorum ◦ Indutum clamidem coccineum effusi(-)
14 onem sanguinis ipsius siue martyrum significat ◦ Exuerunt eum clamidem et indu<e>(-)
15 runt eum uestimentis suis significat in finem mundi conuersionem iudaeorum ◦ Mili(-)
16 tes qui diuiserunt uestimenta eius ◦ tenent figuram quatuor euangelista(-)

rum qui diuiserunt inter se doctrinam christi ◦ Per scissionem ueli ostendit excissionem regni iudaeorum siue exscisi iudei a fide christi ◦ Alio modo scissum uelum ostendit ex(-) cisionem legis litterae per reuelacionem spiritus sancti ◦ Tercio modo in ascensionem christi scissi sunt caeli generi humano ◦ Sicut sacerdos semel introibat in sancta sanctorum ◦ Ita et christus semel cum corpore uictor ab inferis ascendit Terra mota ostendit gracia dei commota de iudaeis ad gentes ◦ Petrae scissae cor(-) da gencium significat ◦ Monumenta aperta id est corda gencium parata ad fidem Ioseph adtulit sindonem mundam significat graciam baptismi siue mortifica(-) cionem aecclesiae ◦ Posuit eum in monumento ◦ suo nouo id est sicut de inuio(-) lata matre natus est ◦ Ita et inuiolato sepulchro sepultus esset ◦ Ideo in alieno quia pro alienis peccatis non pro suis mortuus est ◦ Excissum monume<ntum> in petra ◦ significat aecclesiam exscissam de duricia gentilitatis ◦ Sepulchro in-- to significat christum in aecclesia ◦ qui uere hortus est in quo sunt holera diuersa di(-) uerso odore habentes id est diuersitas graciarum uel uirtutum ◦ Lapidem reuolutem ad hostium monumenti significat duriciam cordis iudaeorum qui non cognouerunt resurrectionem christi ◦ Igitur sicut clausa matris uiscera natus est ◦ Ita clauso sepulchro surrexit; Uespere sab(-) bati id est in finem mundi ◦ uel finem legis ◦ Prima sabbati diei resurrec(-) cionis ostendit uel inicium euangelii ◦ Reuolutum lapidem a monumento significat reuoluta duricia iudaeorum in futuro ◦ Pro fulgore angeli ostendit ter(-) rorem; Per candorem ostendit consolacionem; Aparuit discipulis in gali(-) lea id est an gentes uel in sanctam aecclesiam;

**Explicit secundum Matheum ◦ Incipit tradicio secundum marcum**

Inicium euangelii iesu christi filii dei ◦ hoc ostendit natiuitatem secundum diuinitatem: Dum dicit iesu christi ostendit secundum carnem natiuitatem ◦ Ecce mitto angelum meum ◦ Ecce uox ◦ Angelum de Iohanne dixit precursorem christi ◦ Ante faciem hoc est ut noti(-)

**134v**

ciam faciat ◦ uox iohannes est ◦ clamantis christus est ◦ In deserto hoc est iudaeos dere(-) lictos a legae ◦ parate uiam id est operacionem ◦ Rectas facite semitas ◦ hoc est cogitaciones cordis ◦ Baptismum aquae intellegitur ablucio corporis et animae ◦ Baptismum

penitenciae

4 id est in remissione peccatorum ◦ Calciamenta solui ostendit incarnacionem christi ◦ Uenit

5 in domo simonis et andreae id est ad iudaeos ◦ Diluculo surgens id est aduentum christi uel

6 noui testamenti ◦ Abiit in desertum locum id est ad iudaeos ◦ Ibique orabat ostendit quia ibi

7 predicabat ◦ Non enim poterat in ciuitate introire propter frequencia populi;

8 Per paraliticum intellegitur totum genus humanum ◦ Per lectum corpus significat ◦ quia quatuor

9 portabatur ostendit per quatuor elementa hominis siue iiii euangelia uel iiii

10 uirtutes animae ◦ id est fortitudo ◦ Iusticia ◦ prudencia ◦ temperantia ◦ Fortitudo

11 est pugnare contra uicia ◦ Iusticia ◦ diligere deum et proximum ◦ Prudencia est prouide(-)

12 re futura ◦ Temperancia est omni re inponere modum ◦ Nudauerunt tectum

13 id est historia legis ◦ Submiserunt grabatum id est denudata littera legis manifestum

14 sensum euangelii ◦ Precepit eis ut in nauicula sibi deseruirent hoc est in aecclesia

15 predicarent ◦ Ascendit in montem id est cum carne in caelo ◦ Tonans christus est ◦ filii to(-)

16 nitrui apostoli sunt ◦ Nubes prophetae ◦ Pluuia predicacio diuina ◦ Non est occultum

17 quod non reueletur hoc dixit de uetere testamento ◦ ubi nouus occultus ma(-)

18 nebat qui nunc patefactus est ◦ Et aliter manifesta passio christi; Homo qui

19 seminauit christus est; In terra id est in corda hominum ◦ Dormientem id est nescientem quia

20 per noctem aduersitas siue aduersancia intellegitur ◦ Per diem uero prosperitas siue sciencia

21 Per germen conpunctionem cordis significat ◦ Per herbam fidem operum ostendit ◦ Per spicam

22 perfectionem operacionis ◦ Plenum fructum in spica consumacionem operum ◦ Per falcem

23 amputacio presentis uitae ◦ et consummacio saeculi intellegitur ◦ In illa die uita presens

24 intellegitur; Sero facta finem mundi ostendit ◦ Dimittentes turbam iudaeorum;

25 Abiit in naue id est in aecclesia ex gentibus ◦ Aliae naues erant cum illo ◦ id est quasi

26 diuersae aecclesiae hereticorum ◦ Per procella uenti intellegitur persecuciones infidelium

27 contra fideles ◦ Fluctus mittebat ut impleretur nauis significat persecucionem

28 antechristi ◦ seuissima ◦ ut prope abnegacionem ueniant multis sed elec(-)

29 ti a deo peruenerunt ad fidem christi ◦ Dormire christo in puppi ostendit prouocacionem

30 fidelium uel doctorum in persecucione ∘ Excitauerunt eum id est cum quis inuo(-)
31 cauerit eum in persecucione in adiutorium sibi ∘ Et facta est tranquil(-)
32 litas magna fiet hoc post persecucionem antichristi et post resurrectionem;
33 Homo habens spiritum inmundum significat omne genus humanum ∘ Catenas dis(-)
34 rumpentes ostendit gen[o]tes preuaricantes legem naturae suae siue filosopho(-)
35 rum ∘ Similiter et iudei disrumpentes littera legis siue prophecia ∘ Con(-)
36 cidisse lapides id est gentes adorantes lapides ∘ Homo sedens uestitus ad pe(-)
37 des iesu ostendit fidem et caritatem ∘ Sana mente id est pura atque sincera ∘ Ero(-)
38 gauerat substanciam suam in medicis ∘ id est que ad totam fidem suam et con(-)
39 uersacionem uel spem in filosophos posuerat; Misit iesus binos discipu(-)
40 los ante se quod significat duo testamenta ut eadem ubique predicarent ∘
41 Similiter quia caritas in minus duobus non consistit ∘ Per uirga di(-)
42 sciplina intellegitur ut paulus ait ∘ Quod uultis ∘ in uirga ueniam ad
43 uos an in spiritu mansuetudinis ∘ Calciati scandaliis pro tribus causis ∘

**135r**

1 pro ueneno serpentis ∘ pro spinis et frigora ∘ Calciati pedibus ostendit moniti
2 doctrina euangelica ∘ Propter spinas id est pro oblicacione diuiciarum
3 uel sollicitudine saeculi ∘ Propter frigorem id est tepiditatem mentis uel infi(-)
4 delitate; propter serpentes id est propter doctrinam hereticoris ∘ Non duobus tuni(-)
5 cis id est non dupla mente ∘ Iterum dubietate inter fidem et infidelitatem; et
6 aliter non dupla fiducia in nouo testamento aut in ueteri sed sit fi(-)
7 des firma in deo; Similiter non sicut simulatores aliter doceant et aliter
8 faciant ut exterius uideantur dei operatores esse interius ab homini(-)
9 bus laudes querant; Herodes fecit cenam ∘ herodes figuram tenet di(-)
10 aboli ∘ Per cenam quam non subsequitur prandium intellegitur consumacionem ∘ Occi(-)
11 dit iohannem in carcere hoc est consumata littera legis quia omnis lex et pro(-)
12 phetae usque ad iohannem prophetauetauerunt; Unde ait ∘ Transierunt uetera
13 et ecce facta sunt noua; Uespere autem facto solus erat ibi ∘ Per uesperam con(-)
14 sumacio intellegitur; Nauicula in medio mari iactabatur fluctibus ∘ id est aecclesia in
15 fluct[ibus]uacione huius mundi ∘ Solus erat id est quia omnia transeunt ∘ Ipse uero permanet
16 in aeternum ∘ ut ait dauid ∘ Tu autem idem ipse es et anni tui non deficient ∘ Uoluit eos
17 preterire id est adprobandos eos ∘ Genesar interpretatur portus aptus; Ingressus

iesus in domo ∘ mulier prouoluta ad pedes eius ∘ Ait illi iesus ∘ Sine prius satura(-) re filios ∘ Mulier aecclesia ex gentibus significat ∘ Domus ∘ mundum ∘ Filios iudaeos ∘ ut per cipiant mandata legis ∘ et si indigne iudicauerint regnum dei ∘ Tunc accipi(-) ent illud gentes ∘ Inuenit puellam iacentem supra lectum id est inuenit eam in pris(-) tina natura iam iudicantem uicia corporis sui ∘ Decapolim id est x ciuitat[i]es quod significat decem precepta legis; Surdum et mutum ostendit totum genus humanum; Surdi erant quia non audiebant precepti dei ∘ Muti erant quia non sciebant dicere ∘ Audiam quod loquatur dominus deus in me ∘ Nec confessionis laudem reddebat deo ∘ Educit eum extra turbam id est in remoto ∘ quia in remoto semper cognoscit homo cicitatem suam ∘ Aliter educit eum de turba peccatorum ∘ Misit digitum in auriculas id est misit spiritum sanctum in au(-) res cordis eius ∘ Expuens tetigit linguam eius adaperuit os eius in confessionem fidei Suspiciens in caelum significat ut omnes laudes deo referamus cum supplicacionibus ∘ Alii quidem de longe uenerunt et unum tantum panem secum in naue tulerunt ∘ Qui de longe uenerunt significat gentes ∘ Unus panis significat christum ∘ In naue id est in aecclesia ∘ Ad(-) ducunt ei caecum ∘ Per caecum genus humanum significat; Qui adduxerunt eum ad iesum ∘ docto(-) res significat ∘ Adprehensa manu dedit operacionem; Eduxit eum extra uicum ostendit remotum contemplacionis ∘ Expuens in oculos ∘ Per sputum incarnacio christi intellegitur; Per inlumina(-) cionem ∘ genus humanum ∘ Dixit uideo homines uelud arbores ostendit hic nobis exem(-) plum ut nullus se extollat de uirtutibus sed existimet se minorem omnibus et in(-) feriorem esse et tunc aperientur oculi cordis eius ∘ Iterum inposuit manus super oculos et aperti sunt ostendit qui aperuit corda hominum ut uiderent scien(-) ciam dei ∘ Restitutus est in operibus bonis ∘ Remisit illum in domum suam ∘ Per uestem can didam qualia fullo facere non potest significat baptismum ∘ Nullus ex industria sua sine adiutorio spiritus sanctificare potest; Homo qui adtulit filium suum ante iesum figuram tenet ordinis patriarcharum ∘ Filius eius lunaticus totum significat genus humanum ∘ Per spumam intellegitur superbia ∘ Per stridorem dencium iracundia

135v

1 mentis ◦ Per arescere auaricia designat ◦ Discipuli non potuerunt eum curare ◦ cer(-)

2 te quia neque patriarchae neque prophetae potuerunt curare genus humanum nisi ueni(-)

3 ens christus suo sanguine redemisset ◦ Ut ait propheta ◦ Frater non redemit redimet homo ◦

4 Frater non redemit ◦ id est moyses per legem ◦ Redimet christus qui est uerus deus et uerus homo ◦ Ab in(-)

5 fancia ei contegit significat a prima natura generis humani ◦ Dixit pater infantis ◦ Credo domine

6 adiuua incredulitate mea ◦ hoc est si deest fides tu adauge ◦ Et multum discerpens eum exiit ◦

7 ab eo hoc est quando se uidit diabolus erasurum de terra in finem mundi tunc plus seuit

8 et datur illi potestas ut faciat quantum uult preter electos dei ◦ Siue de uno homine cum

9 se uidit per confessionem penitenciae expelli ◦ tunc contra illum plus suscitat uicia et

10 crudelissimas inpugnaciones ◦ Et factus est uelud mortuus hic significat cum per

11 penitenciam Malignus spiritus exierit ab homine id sunt uicia ◦ Existat homo mortuus mundo et soli

12 uiuat deo ◦ sed hic uidetur duo miracula fecisse iesum a demonio curauit ◦ et quasi mor(-)

13 tuum suscitauit ◦ Sic suscitauit humanum genus de morte peccatorum et liberauit a demo(-)

14 nis seruitute ◦ Omnes enim in igne sallietur ◦ Per ignem accensio spiritus sancti ostendit per salire ◦ extra quam

15 omnis caro perit sine sale ◦ Ita et omnis homo sine sciencia uerbi dei ◦ Fatui habete sale

16 in uobis id est habete sapienciam et scienciam dei in uobis ◦ Habete spiritum sine quem omnes gentes pererunt;

17 Sinite paruulos uenire ad me hii paruuli tenent figuram gencium ◦ Discipuli qui proi(-)

18 bebant illos figuram tenent iudaeorum; Facilius est camelum per foramen acus transire

19 quam diuitem intrare in regnum dei ◦ hoc est plane ut deponat homo sarcina peccatorum et

20 concupiscencia seculi huius ◦ Ita ut nihil habeat de terrenis negociis et efficiatur

21 uicia pauper ◦ et tunc demum intrabit in regnum caelorum ◦ Nam si omnem legem inpleat homo

22 offendat autem tantum in unum nihil illi reputabitur bona quae gessit nisi relinquit

23 omnia ◦ Ut petrus ait ◦ Nos reliquimus omnia ◦ Certe multum relinquid qui semet(-)

24 ipsum et uoluntates proprias postponit ◦ Quur dominus tribus diebus et tribus noctibus fuit

25 in sepulchro id est pro tribus peccatis ◦ Adae ◦ patris nostri secundum carnem id est concupiscencia ◦

26 preuaricacio mandati et superbia; Proinde e[t]ciam ter mergitur sub unda baptisma(-)

27 tis ◦ Unde ait apostolus ◦ Sepulti enim sumus cum christo per baptismum in mortem ipsius;

28 Qui non diligit me sermones meos non seruat et sermonem quem audistis non est meus sed eius

29 qui misit me patris est ◦ Scitis fratres carissimi quia ipse qui diligitur unigenitus filius

30 uerbum patris est ◦ Et ideo sermo quia loquitur non est filii sed patris ◦ Haec locutus sum uobis

31 apud uos manens ◦ quando non manet apud eos qui ascensur[o]us caelos permittit dicens ◦

32 Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consumacionem saeculi ◦ Sed uerbum in(-)

33 carnatum manet et recedit ◦ Recedit corpore ◦ Manet diuinitate ◦ Apud eos ergo tunc

34 mansisse perhibet quia qui inuisibili potestate semper preerat corporali uisione iam

35 secedebat ◦ In regnorum cognouimus quod helyas sit raptus in caelo ◦ sed aliud est caelum

36 aerium aliud aetherium ◦ Caelum enim aerium terrae est proximum ◦ Unde et aues caeli dicimus

37 quia eas uolitare in aaera uidemus ◦ In caelum itaque aerium helyas subleuatus est ut

38 in secretam quandam terrae regionem repente duceretur ◦ Ubi in magna iam carnis

39 spiritus quiete uiueret quo usque ad finem mundi redeat et mortis debitum soluat ◦

40 Ille enim mortem distulit non euasit ◦ Redemptor autem noster quia non distulit superauit ◦

41 Eam que resurgendo consumpsit et resurreccionis suae gloriam ostendendo

42 declarauit ◦ Notandum quoque quod helyas in curru ascendisse legitur ut ui(-)

43 delicet aperte monstraretur quia homo purus adiutorium agebat alienum ◦

**136r**

1 Per angelos quippe illa facta et ostensa sunt adiumenta et qui nec ad caelum

2 quidem aerium per se ascendere poterat quia eum natura sua infirmitas gra(-)

3 uabat ◦ Redempdor autem noster non curru non angelis subleuatus legitur quia is

4 qui fecerat omnia nimirum supra omnia sua uirtute ferebatur ◦ Illuc enim re(-)

5 uertebatur ubi erat et inde rediebat ubi manebat ◦ Quia cum per humilitatem

6 ascenderet in caelum ◦ per diuinitatem suam et terram pariter continebat et caelum ◦ Sicut autem

7 ioseph uenditus a fratribus uendicionem redemptoris nostri figurauit ◦ sic enoc tr<ans>(-)

8 latus atque ad caelum aerium helyas subleuatus ascensionem dominicam designat ◦ de asc<en>(-)

9 sione enim dominus pronuncios et testes habuit ◦ Unum ante legem et alterum sub lege ◦ ut quando

10 ueniret ipse qui ueraciter caelos penetrare potuisset ◦ Unde et ipse ordo in eorum qu<ia>

11 uirorum subleuacionem per quadam incrementa distinguitur ◦ Nam enoc translatus ◦ hel<yas>

12 uero ad caelum subleuatus esse memoratur ◦ Ut ueniret postmodum qui nec translatus nec s<ub>(-)

13 uectus caelum aerium sed sua uirtute penetraret ◦ Pensate ergo quomodo per incrementa c<re>(-)

14 uerit mundicia sanctitatis quod et per translatos famulos domini personam ascendentis patente ◦

15 ostenditur ◦ **Explicit secundum marcum Incipit secundum Iohannem**

16 In principio erat uerbum ◦ In principio quia omnia in ipso inchoantur siue finiuntur

17 uerbum patris filius est apud deum quia filius apud patrem semper est ◦ Et deus erat uerbum

18 hoc est deus erat filius ◦ In principio apud deum filius erat in inchoacionem creaturae

19 apud patrem quia ipse creator est omnium rerum ◦ Omnia per ipsum facta sunt siue quae in

20 caelis sunt siue quae in terris ◦ Sine ipso factum est nihil hoc est idolum; Principium quid est christus

21 est qui est deus uerus et homo uerus sicut ipse ait ◦ Ego principium qui et loquor uobis

22 Quod est in eo uita erat hoc est quia illi antequam fiant omnia uiuent ◦ Et uita erat lux

23 hominum ◦ Lux et uita hominum christus est ◦ Lux in tenebris lucet hoc est in mundo quia egy<p>(-)

24 tus intellegitur tenebrae ◦ Et aliter in populo iudeorum per legem moysi et prophetarum ◦ Sui eum non cognoue<runt>

25 hii sunt iudaei ◦ Erat lux uera quae inluminat omnem hominem uenientem in hunc mu<ndum>

26 Lux uera christus est qui nos inluminat nascendo nutriendo ◦ Siue interiorem sensum

27 per spiritum inluminando per scienciam ◦ In mundo erat corporaliter et mundus eum non cogno<uit>

28 id est populus iudaeorum pars aliqua et pars aliqua cognouit ◦ In sua uenit et sui eum non cog(-)

29 nouerunt id est in gentem suam secundum carnem qui eum non cognouerunt sed reprobauerunt ◦

30 Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri per fidem ◦ Ex deo

nati sunt

31 id est siue per electionem siue per renouacionem baptismi ◦ et graciam pro gracia ◦ id est euangelium propent<a>(-)

32 theucum ◦ Et uerbum caro factum est et habitauit in nobis ◦ id est filios accepit carnem ◦ In similit<udine>

33 carnis peccati ◦ Et uidimus gloriam eius id est per transfiguracionem et resurrectionem; Die t<ercio>

34 nupciae facte sunt ◦ Die tercio ostendit tercia lege ◦ Nupciae quippe ostendit copulacionem

35 christi et aecclesiae ◦ Mater iesu ad nupcias quia pars ex ea aecclesia facta est et pars in infid<eli>(-)

36 tate mansit ◦ Deficiente uino ostendit defeocio legis litterae ◦ Nondum uenit horam me<a>

37 id est nondum uenerat tempus passionis ◦ Sex idriae plenae aquae ◦ sex aetates mundi in<tellegit>

38 Aqua uersa in uinum uetus testamentum uersum in nouum; Architriclinus figurauit iohan(-)

39 nem qui prius baptizauit quam christus ◦ Et aliter primum iohannes cognouit christum quam

40 Tercio modo baptismum iohannis uersum in baptismum christi ◦ Bonum uinum seruasti

41 adhuc ostendit mysteria noui testamenti historia ueteris testamenti; Uenit

42 dominus iesus in templo et fecit flagellum de funiculis et eiciebat omnes uendentes et <emen>(-)

43 tes in templo ◦ boues et oues et columbas et mensas numolariorum euertit per boues <docto>(-)

44 res intellegitur id sunt episcopi qui dona sacra uendunt ◦ Per oues simplices homines ostendit

**136v**

1 emunt sibi honores quam gratis accipere et dare sicut ab ipso domino traditum est debent

2 episcopi ◦ Per columbas id est domum spiritus sancti intellegitur ◦ qui aliquo fenus propter honores aut baptismum

3 aut predicacionem accipere querant ◦ Flagellum de funiculis id est uindicta pro uariis

4 peccatis unde ab aecclesia expelluntur qui sacros honores uendunt aut emunt ◦

5 Et unde credendum est quod hii qui sacros honores uendunt et em[e]unt sacerdotes

6 esse non possint ◦ Qui sacros honores uendunt nomen quidem habere possunt sed quod

7 uocantur esse non possunt sed sunt pseudo sacerdotes ◦ sicut pseudo christi et pseudo

8 prophetae ◦ Unde scriptum est ◦ Anathema dandi anathema recipiendi ◦ hoc est simo(-)
9 niaca heresis; Quomodo ergo si anathema sunt et sancti non sunt sanctificare quomodo pos(-)
10 sunt et cum in christi corpore non sunt ◦ quomodo christi corpore tradere aut accipere pos(-)
11 sunt ◦ Sicut alibi scriptum est ◦ Maledictus homo qui opus dei neglegentes fecerit ◦
12 Et iterum; Qui maledictus est benedicere quomodo potest ◦ Unde rursum paulus
13 apostolus ait ◦ Qui a semetipsis sumunt honorem hii sunt sacerdotes sed qui uocantur;
14 Nichodemus nocte ueniens ad iesum ◦ Per noctem ostendit litteram legis siue ignoranciam
15 cordis ut inlustraretur a luminae scienciae dei ◦ Et ait ◦ Scimus quia a deo uenisti
16 magister id est doctrina et uerba dei habes significat eos qui nunc sanctum euangelium reci(-)
17 piunt in fide christi quasi ipsum probrie videant quam qui uerba et opera eius audit
18 et incredulus est non habebit uitm aeternam ◦ Spiritus ubi uult spirat ostendit quem uult
19 inluminat ◦ Unde ait apostolus ◦ Qui enim adherit christo unus spiritus est ◦ Et uocem eius
20 audis id est inluminacionem auris cordis ◦ Unde ait propheta [apostolus] ◦ Audiam quod loquatur
21 in me dominus deus ◦ Quod scimus loquimur et quod uidimus testamur ◦ Quod dicit scimus ostendit
22 per modos locucionum ◦ Quod dicit testamur id est testimonium damus cum trinitati inse(-)
23 parabili cum humanitate ◦ Testimonium nostrum non accepistis quod predicacionem nostram non
24 creditis ◦ Nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de caelo filius hominis qui est
25 in caelo ◦ Id est christus ad patrem cum corpore quod est [christus] aecclesia ◦ Qui cum in terra esset in carne cum pa(-)
26 tre et spiritu sancto unus erat in caelo deus ◦ Sicut moyses exaltauit serpentem in deserto ◦ Ita
27 exaltari oportet filium hominis; hoc de semetipso dixit ◦ quia exaltandus erat in
28 cruce ◦ Quia sicut iudaei percussi peruisu serpentis aerei liberabantur ◦ Ita et homo percus(-)
29 sus a diabolo qui credit passionem et resurrectionem christi liberabitur ◦ In hoc dilexit
30 deus mundum ut saluaret mundum ◦ Uenit in terram iudaeam id est in terram confessionis; In
31 enon id est nomen loci ubi inmolauerunt filios suos et filias demoniis ◦ Unde accepit
32 nomen gehenna id est iuxta salem quod interpretatur pacis uisio quam ante uocauerunt iebus

33 unde acceperunt nomen iebusei; Turbas ascendentos in naue querentes iesum ostendit
34 ut omnes proprio labore querant christum ◦ Quibus modis resuscitatur homo ◦ Tribus id est
35 de infidelitate ad fidem de peccato ad penitenciam ◦ et in nouissimo corporaliter in re(-)
36 surrectionem ◦ Die festo mediante ascendit iesus hierosolimam ◦ maxime incedente
37 zelo iudaeorum et dicit ◦ Mea doctrina non est mea ◦ Si mea quomodo non mea ◦ Mea
38 est quia ex ore mea procedit ◦ Non est mea quia quae a patre meo audiui haec loquar
39 uobis ◦ Et aliter secundum carnem non est mea secundum diuinitatem mea est ◦ Totum ho(-)
40 minem sanum feci in sabbato ◦ id est totum genus humanum saluatum in nouo testa(-)
41 mento ◦ Nolite iudicare secundum faciem id est personas hominum nolite accipere sed
42 iustum iudicium iudicate id est non considerare potentem aut pauperem sed quod iustum
43 est perpendere ◦ Qui sitit ueniat ad me et bibat id est uerbum predicacionis ◦ euan(-)
44 gelica doctrina ◦ Flumina de uentre eius fluent aquae uiuae ◦ id est de corde

## 137r

1 predicacio euangelii ◦ qui donat perpetuam uitam ◦ Et aliter flumina ◦ id sunt quattuor euan(-)
2 gelistae siue xii apostoli; Mulier in adulterio deprehensa ostendit sinagoga qui ad<ul>(-)
3 terauit legem moysi secuta est idola ◦ Qui adducunt eam in medio ◦ iudei qui accusant aec(-)
4 clesiam dei ◦ Moyses mandauit eam lapidare ◦ Tu quod dicis ◦ Hec dicebant temptantes eum
5 pro duobus causis; Si dixisset lapidari ◦ dixissent crudelis est non facit quod docet ◦ dimitte
6 et dimittetur uobis ◦ Si dixisset non lapidari ◦ dixissent contradictor est legis ◦ Iesus incli(-)
7 nans se deorsum ◦ id est de sedibus paternis ◦ Et aliter ◦ Inclinans se ad misericordiam ◦ Digito scribe(-)
8 bat in terram hoc est lex ◦ data per spiritum ◦ Erexit se id est ut erigeret eos qui iacebant in pec(-)
9 catis ◦ Iterum inclinans se scribebat in terra ostendit remissum peccatum mulie(-)
10 ris ◦ Remansit iesus solus cum muliere in domo id est solus misericors in aecclesia ◦
11 Qui sequitur me non ambulat in tenebris ◦ non tantum gressus pedis sed affectum cor(-)
12 dis ◦ Ille homicida erat ab inicio et in ueritate non stetit ◦ Homicida fuit diabolus

13 qui semetipsum interfecit superbiendo ◦ et primum hominem quem deus inmortalem condi(-)

14 dit ipsum fecit esse mortalem; et per ipsius suggescionem occisus est abel a fratre suo

15 Mendax est et pater eius ◦ hoc est ipsum mendacium quod ab eo inuentum est ◦ Et aliter pater uicio(-)

16 rum princeps demoniorum; Quis ex uobis arguet me de peccato ◦ Qui est ex deo uer(-)

17 ba dei audit ◦ Ille ex deo est qui intellegit et operatur ◦ Dixerunt ei samaritanus

18 es et demonium habes ◦ Demonium negauit se habere ◦ samaritanum se esse tacuit

19 Samaritanus ille custus interpretatur ◦ Ergo quod non erat negauit ◦ et quod erat tacendo

20 consensit ◦ Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum uidit et gauisus est

21 Uidit enim per fidem in spiritu et uidit illum in trinitate in personis angelorum ◦ Tres uidit quasi

22 unum salutauit ◦ Ubi dixit diuertite domini mi in domum serui uestri si inueni graciam in

23 oculis tuis ◦ Ante Abraham ego sum; diuinitatem locutus est illis ◦ Tulerunt lapides ut

24 iacerent in eum ◦ id est lapidea corda habentes; ad lapides currebant id est ad diabolum

25 Iesus abscondit se ab eis ◦ id est absconsus est ab oculis cordis eorum ◦ Exiuit de templo id est

26 a populo iudeorum ◦ uenit in aecclesiam gencium; Uidit hominem cecum a natiuita(-)

27 te sua ◦ per cecum ostendit genus humanum ◦ Neque hic peccauit neque parentes eius ◦ Adam pri(-)

28 mus homo blasphematus est ad uiuendum malum ◦ Clausos habuit oculos cum transgres(-)

29 sus est mandatum dei ◦ Adperuit oculos ad malum ◦ clausit a bono ◦ Quid igitur per parentes

30 nisi instigatores uiciorum ◦ Me oportet operari id est me oportet predicari donec dies

31 id est donec tempus est ◦ Uenit nox quando nemo potest operari ◦ hic de persecucione et

32 de passione sua dixit et morte ◦ siue de persecucione apostolorum ◦ Et aliter de persecuci(-)

33 one antichristi qui erit talis qualis non fuit ab initio ex quo homo conditus est ◦ Al<iter>

34 per noctem ostendit uniuscuiusque exitum ◦ Expuit in terra ostendit incarnacionem christi ◦ Lutum fecit

35 ex puto unxit oculos eius ostendit sicut primum hominem de limo terrae formauit ◦ Iterum per

36 undem genus luti reformauit genus humanum ut ostenderet factorem primi ho<mi>(-)

37 nis ◦ Uade et laua ad natatoria siloam ostendit ut cecitatem quam credendo coepimus

38 per baptismi graciam inluminaremur ◦ In iudicium ego in hunc mundum ueni ut qui

39 non uident uideant et qui uident ceci fiant ◦ Hii sunt iudaei qui legem habuerunt

40 et in lege christum non uiderunt effecti sunt caeci ◦ Et qui non uiderunt uideant ◦ hii
41 sunt gentes qui legem non nouerunt ◦ nec prophetae ad eos missi sunt christum uidente
42 cognouerunt; Qui non intrat per ostium in ouile ouium sed ascendit aliunde ill<e>
43 fur est et latro ◦ hoc intellegitur ouile sanctam aecclesiam ◦ Oues ecclesiae plebs ◦ Qui non in
44 trat per hostium sed ascendit aliunde intellegitur episcopum aliunde id est qui non intrat per uoc<a>(-)
45 cionem populi et per electionem fratrum et permissionem christi sed per premium aut per un<um>
46 parentum aut potestatum hic non est pastor sed est fur et latro ◦ Unde conprobatur quo<d>

137v

1 pastor est nisi proprias oues ◦ nutriendo ◦ fouendo ◦ uigilando ◦ custodiat ◦ et non terrena lucra
2 sectetur sed caelestia et non quae sua sunt querat sed quae aliorum ◦ Ita ut non cupiditatem pecu(-)
3 niae episcopatum desideret sed pro augenda fide populi ut cum eis et pro eis aeternam retribuci(-)
4 onem percipiat ◦ Non ut dominus sit sed pater ut non ulciscat et persequatur sed nutriat ◦ Et sicut
5 dominus et saluator nostra non solum substanciae sed animam suam ponit pro ouibus suis ◦ Quid aliud
6 conuenit episcopo quam propriam christi personam testare ◦ Qui uero per premium aut generacionem
7 uel submissa potestate in aecclesia dei intrat et ceperit percutere seruos ◦ dispargere do(-)
8 mos; congregare terrenas diuicias ◦ Thesaurizare ◦ amicos facere in saeculum ◦ Lu(-)
9 cra animarum non querere laudem ab hominibus desiderare; dispergere bonos pre(-)
10 cipitare malos ◦ Sibi soli prodesse personas accipere ◦ Hii non solum episcopum non esse sed mise(-)
11 rum furem et latronem possumus considerare ◦ Episcopum enim ○ non decet quemquam odire sed
12 omnes diligere ◦ fouere bonos ◦ corrigere malos ◦ Primum namque plande ◦ Ut ait apostolus
13 Obsecra ◦ Increpa ◦ in omni paciencia et doctrina; post modum uero similiter;
14 Tercio autem grauissime cum se ueritate et flagella temporalia ◦ Et hoc ipsum sic distric(-)
15 te iudicari ut sua caro quomodo ipse christo formidat iudicari ◦ sanum conseruet

fractum solidet ◦ esuri[t]entes alat ◦ Peregrinos excipiat ◦ Ciues uero suburbanos suos caelesti pabulo cottidie pascat; Huic hostiarius aperit ◦ quis est hic hostiarius nisi christus sicut scriptura diuina dicit ◦ Et proprias oues uocat nominatim ◦ Quid hic aliud nisi ipse oues quae commissae sunt episcopis ◦ Unde neminem scire debet non solum personas sed et nomina eorum uocare et omnes fratres sibi appellare sicut ipse dominus ait ◦ Extendens manus in discipulos ecce fratres mei ◦ Et post resurrectionem ◦ Ite dicite fratribus meis ◦ Unde non condecet episcopum extollens esse quia ut ipse dominus ◦ Non ueni ministrari sed ministrare ◦ Ita episcopi ◦ non sunt tantum ut dominentur inclero sed ut forma sint ouium ut suo exemplo omnes edificent et neminem perdant ◦ Ut qui ex(-) emplo eorum secuti fuerint non eant in tenebras sed in lucem et perducat illos in doctri(-) na ◦ id est in pascua ◦ Unde ait dauid ◦ In loco pascue ibi me collocauit ◦ Quia quantus cumque episcopus suo exemplo perdiderit aut sua uigilancia non custodierit ◦ tantorum homi(-) cidiorum reus erit ◦ Spe[luncatorem]culatorem et enim christi eum in suo loco constituit ◦ Animarum non cultorem agrorum ◦ Et oues illum secuntur et uocem eius audient ◦ Tunc recte uocem eius audiunt si eum bene uiuere cognoscunt ◦ Et sic fideles doctrinam sanctam episcopi sui docti: contempnunt hereticorum doctrinas ◦ Omnes quotquot uenerunt fures fu(-) erunt et latrones ◦ Pseudo christi et pseudo prophetae ◦ et pseudo apostoli sic sunt et pseudo episcopi ◦ Omnes enim qui relicta doctrina christi uel apostolorum et sanctorum patrum ◦ Aut aliter uiuit ◦ aut aliter docet pseudo sunt episcopi: non sunt episcopi qui templum christi non secuntur nec doctrina ◦ Per me si quis intrauerit saluabitur ◦ Hic se christus hosti(-) um posuit ◦ et pastorem et hostiarum ◦ Et qui per doctrinam christi intrant in aecclesia ipse est qui saluatur a christo ◦ Qui uero christi gregem non seruat huius christus ianua non est et per hostium non intrauit propterea fur est et latro; Adtendite quid dominus dixerit petro ◦ Si diligis me pascae oues meas ◦ Et iterum si amas me pasce agnos meos ◦ Et tercia ◦ si amas me pasce oues meas ◦ Quid per agnos nisi sacerdotes et clero ◦ Quid per oues nisi populum ◦

41 Et si dilexerit eum oues pascit et agnos ◦ Si uero non diligit deum ◦ et oues simul ex(-)
42 terminabit et agnos ◦ Fur non uenit nisi ut mactet et perdat; Isti sunt ordines
43 sacerdotum qui pro gracia turbis lucri non pro lucro animarum ingrediuntur in
44 aecclesia ◦ Ego ueni ut uitam habeant et habundancius habeant id est ut in presen(-)
45 ti uita habitet et in futura perducat ◦ Ut ipse dominus ait: Pater quos dedisti mi(-)
46 chi custodiui; Ego sum pastor bonus ◦ Mercenarius autem et qui non est pastor

**138r**

1 uidet ◦ Lupum uenientem et dimittit oues et fugit ◦ Lupus hic diabolus significat uel persecutor
2 aecclesiarum aut hereticus ◦ Pastores uero episcopos intellegi possumus ◦ Ille uero mercenarius est qui
3 non pro lucra animarum sed pro terrena lucra pastoris obtinet locum ◦ hic in parte deflectit q<uo>
4 non est ei cura de ouibus ◦ Tales pastores per ezechihelum prophetam dominus reprobat dicens ◦ Pastores il<li>
5 qui pascitis uosmetipsos et non gregem meum ◦ Lac commeditis ◦ lanis oper[a]imini quod crassum est con(-)
6 summetis et quod perditum est non requisistis; Ego ueniens requiram sanguinem omnium ouium mearum
7 de manu pastorum ◦ Et pastores perdam et oues conlocabo aliis pastoribus ◦ Et alias oues ha(-)
8 beo que non sunt ex hoc ouili et illas oportet me adducere et fiet unum ouile et unus pas(-)
9 tor ◦ hic saluator de gentibus dixit ◦ sed pertinet ad pastor[e]um cura ut non solum de plebe sibi
10 commissa sed de aduenientibus et transeuntibus cura esse illorum debeat ◦ Ita ut nequis illo
11 nesciente per fines eius transeant qui humanitatem eius non cognoscat simul et doctrina
12 accipiat ◦ Pater autem quod dedit michi maius omnibus est ◦ id est quia christus maius est omni crea<tu>(-)
13 ra; Et ideo episcopus pro christo eius debet oues diligere et fouere ◦ Quia iuxta petri apostoli sen(-)
14 tenciam cum apparuerit princeps pastorum christus accipient ab eo episcopi inmarciscibilem gloriae
15 coronam; Qui uero mercenarius et fur conparuerit audiet illam terribilem uocem sibi arcen(-)
16 tem ◦ Tollite seruum inutilem ligate illi manus et pedes et mittite eum in tenebras

exterio(-)

17 res ibi erit fletus et stridor dencium; Ego dixi dii estis ∘ Tribus modis deus dicitur ∘ essenciali(-)

18 ter quia semper id est deus ∘ Nuncupatiue sicut supra ∘ Ego dixi dii estis id sunt sancti homines ∘ Fa<l>(-)

